DQ
1
.M57x

LIBRARY
Brigham Young University

MITTHEILUNGEN

DER

Antiquarischen Gesellschaft

IN

ZÜRICH.

ZEHNTER BAND.

ZÜRICH,

in Commission bei Meyer und Zeller.

1854.

Druck von Zürcher und Furrer.

913.005
A7187
v.10

MITTHEILUNGEN

DER

Antiquarischen Gesellschaft

IN

ZÜRICH.

ZEHNTER BAND.

ZÜRICH,

in Commission bei Meyer und Zeller.

1854.

Druck von Zürcher und Furrer in Zürich.

THE LIBRARY
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
PROVO, UTAH

Verzeichniss

der

sämmtlichen ordentlichen, Ehren- und korrespondirenden Mitglieder der zürcherischen antiquarischen Gesellschaft.

Ordentliche Mitglieder:

1. Herr Ferdinand Keller, Dr. philos., V. D. M., Präsident.
2. „ Georg v. Wyss, Vicepräsident.
3. „ Arnold Nüscheler, Rechenschreiber, Aktuar.
4. „ Konrad Escher, Quästor.
5. „ Emil Schulthess, Konservator.
6. „ Heinrich Meyer, Dr. Philos., Direktor der Münzsammlung.
7. „ Jakob Siegfrid, V. D. M., Bibliothekar.
8. „ Joh. G. Baiter, Dr. und Prof.
9. „ August Beck, Oberingenieur.
10. „ Joh. Heinrich Bruch, alt Seminardirektor.
11. „ Friedrich Bürkli.
12. „ Heinrich Caumont, Prof.
13. „ Alfred Ernst, Stadtrath, in Winterthur.
14. „ Georg v. Escher von Berg, Stabsmajor.
15. „ Arnold Escher von der Linth, Dr. und Prof.
16. „ Jakob Escher, Dr. Jur., Oberrichter.
17. „ Ludwig Ettmüller, Dr. und Prof.
18. „ Hs. Konrad Fäsi, Verwalter.
19. „ Johannes Frei, Dr. und Prof.
20. „ Heinrich Giesker, Dr. Med.
21. „ Heinrich Grob, Oberlehrer.

22. Herr Oswald Heer, Dr. und Prof.
23. „ Eduard Hirzel, Staatskassier.
24. „ Jakob Horner, Dr., Bibliothekar.
25. „ Joh. Heinrich Hotz, Substitut der Staatsanwaltschaft.
26. „ Hermann Köchly, Dr. und Prof.
27. „ Jakob Lauffer, Hauptmann, in Unterstrass.
28. „ Jakob Fried. Manz, Major.
29. „ Gerold v. Meyer von Knonau, Staatsarchivar.
30. „ Friedrich Meyer-Schulthess, Kunstmaler.
31. „ Karl Meyer, Buchhändler.
32. „ Theodor Mommsen, Dr. und Prof.
33. „ Joh. Laurenz Moser, alt Pfarrer.
34. „ Karl Heinrich Müller.
35. „ Friedrich Ott, Stadtrath.
36. „ Matthäus Pfau-Geilinger in Winterthur.
37. „ Joh. Jakob Reithard, Prof.
38. „ August Riedl, Dr.
39. „ Joseph Schauberg, Dr. Jur., Fürsprech.
40. „ August Scheuchzer, alt Stadtrath.
41. „ Kaspar Schinz.
42. „ Adolf Schmid, Dr. und Prof.
43. „ Otto Schulthess.
44. „ Paul Schulthess.
45. „ Heinrich Schweizer, Dr. und Prof.
46. „ Karl Sprüngli, Prokurator.
47. „ Bernhard Spyri, Prokurator.
48. „ Bernhard Stocker, alt Oberrichter.
49. „ Joh. Rudolf Tobler, Diakon.
50. „ Melchior Ulrich, Prof.
51. „ Salomon Vögelin, Dr. und Prof.
52. „ Heinrich Vögelin, Dr. und Prof.
53. „ Jakob Vogel, Stabshauptmann.
54. „ Ludwig Vogel, Kunstmaler.

55. Herr Gustav Volkmar, Dr.
56. „ Albert Wegmann, Architekt.
57. „ Otto Werdmüller–Stockar.
58. „ Johannes Wild, Ingenieur.
59. „ Theodor William.
60. „ Konrad Wirz, Lehrer.
61. „ Friedrich v. Wyss, Dr. Jur., Oberrichter.
62. „ August Zeller–Zundel, Spitalpfleger.
63. „ J. Melchior Ziegler im Palmengarten zu Winterthur.
64. „ Leonhard Ziegler.

Auswärtige Mitglieder:

1. Herr Kaspar Bluntschli, Dr. und Prof, in München.
2. „ Alexander Flegler, Professor, in Nürnberg.
3. „ Karl Ewald Hasse, Dr. und Prof., in Heidelberg.
4. „ Heinrich Hottinger, alt Staatsschreiber, in Vevey.
5. „ Albert Kölliker, Dr. und Prof., in Würzburg.
6. „ Eduard Merian in Basel.
7. „ J. Reischacher, Kanzler beim eidgenössischen Konsulat in Havre.
8. „ Theodor Vernaleken, Professor, in Wien.

Ehren – und korrespondirende Mitglieder:

1. Herr v. Alberti, Bergrath in Rottweil.
2. „ Bechstein, Bibliothekar in Meiningen.
3. „ Beck, Maler in Schaffhausen.
4. „ Joseph Bergmann, Hofrath, in Wien.
5. „ Biondelli, Director des Münzkabinets in Mailand.
6. „ Boccard, Chorherr in St. Maurice, Kanton Wallis.
7. „ Felix Bogaerts in Antwerpen.
8. „ Franscini, Bundesrath, in Bern.
9. „ Guillaume, Abbé, in Nancy.

10. Herr Hartmann, Kunstmaler in St. Gallen.
11. „ Hirzel, Pfarrer in Veltheim.
12. „ Hirzel, Konsul in Palermo.
13. „ Isak, Professor in Zurzach.
14. „ Jahn, Professor in Bern.
15. „ Theodor von Karajan in Wien.
16. „ v. Kayser in Antwerpen.
17. „ Graf v. Kerkhove von Exaerde in Antwerpen.
18. „ Eugen v. Kerkhove in Antwerpen.
19. „ Kopp, Professor in Luzern.
20. „ Lohner, Alt-Landammann in Thun.
21. „ Lutz, Dr Jur. in Bern.
22. „ v. Maienfisch in Sigmaringen.
23. „ Maienfisch, Capitular und Bibliothekar in Rheinau.
24. „ Mesmer, Strasseninspektor in Muttenz.
25. „ Meyer, Apotheker in St. Gallen.
26. „ Meyer, Pfarrer in Zürich.
27. „ Mörikofer, Pfarrer in Gottlieben.
28. „ v. Mohr, alt-Bundesstatthalter in Chur.
29. „ P. Gall-Morel, Bibliothekar und Archivar in Einsiedeln.
30. „ Müller, Notar in Nidau.
31. „ Näf, Rathsschreiber in St. Gallen.
32. „ Oeri, Kunstmaler in Zürich.
33. „ Passerini-Hardmeier in Zürich.
34. „ A. Perreau in Tongres.
35. „ J. G. Pfister, Numismatiker in London.
36. „ Pupikofer, Decan in Bischofzell.
37. „ Quiquerez, Präfekt in Delémont.
38. „ Rafn, Professor in Koppenhagen.
39. „ Rathgeber, Bibliotheksekretär in Gotha.
40. „ Reeves, William, D. D. und Pfarrer zu Ballymena in Irland.
41. „ Reischacher, Kaufmann in Basel.
42. „ Rion, Domherr in Sitten.

43. Herr Santerre, Professor und Chorherr in Beauvais.
44. „ Sarterup, Professor in Kopenhagen.
45. „ Schaufelbühl, Alt-Landammann, in Zurzach.
46. „ Schindler, Alt-Landammann, in Zürich.
47. „ Schinz, Pfarrer in Oberwinterthur.
48. „ Schlatter, Professor in Solothurn.
49. „ Schnars, Dr. von Hamburg.
50. „ Schreiber, Professor in Freiburg.
51. „ Schulthess-Rechberg in Zürich.
52. „ Se. Durchlaucht der Herzog di Serra di Falco in Palermo.
53. „ Henry Danby Seymour, Mitglied des Parlaments, in London.
54. „ Smith, Charles Roach, in London.
55. „ Soret, Alt-Staatsrath in Genf.
56. „ Dr. Stanz, Glasmaler in Bern.
57. „ Baron Xaver van den Steen von Jehay in Lüttich.
58. „ Troyon, Gutsbesitzer, zu Cheseaux bei Lausanne.
59. „ Vischer, Professor in Basel.
60. „ Wackernagel, Professor in Basel.
61. „ Weidmann, Dr. Med. in Niederweningen.
62. „ Wilhelmi, Stadtpfarrer in Sinsheim.

INSCRIPTIONES

CONFOEDERATIONIS HELVETICAE

LATINAE

EDIDIT

THEODORUS MOMMSEN

GULIELMO HENZENIO

BREMENSI

FRIDERICO RITSCHELIO

BONNENSI

IOHANNI BAPTISTAE ROSSIO

ROMANO

SOCIIS FUTURIS

Minimum inter tot ac tanta locum obtinent tituli et statuae, quae neque ipsa tamen negleguntur.

TACITVS.

Iussu societatis antiquariorum Turicensium quam edo syllogen inscriptionum Latinarum intra Helveticae confoederationis fines adhuc repertarum cum ad easdem leges pararim, quas secutus sum in inscriptionibus regni Neapolitani Latinis edendis, de operis huius instituto et ratione breviter monere magis videtur opus esse quam accurate praefari. Nam et factum id est cum illum librum emisi, et pleraque quid significent et cur ita proponantur, facile intellegent homines gnari rerum antiquarum et in titulis vetustis auctorumve antiquorum scriptis versandis et examinandis exercitati. Imperiti autem et plane rudes homines melius facient, ubi lapidibus abstinebunt neque perversa quadam diligentia primariis auctoribus perperam uti magis volent quam a secundariis doceri.

Inscriptiones antiquae in Helvetia coeperunt investigari ante annos fere trecentos, nam quae de Petrae pertusae titulo caecutivit monachus Colmariensis saeculi XIII (v. add. ad n. 181) quaeque de Constantiensi n. 239 narrat auctor Italus saeculi XV incipientis, aliaque similia artis huius quasi incunabula, casu magis quam consilio prolata esse apparet. Quae si mittimus, primus rem inchoavit syllogae Ingolstadii anno 1534 ab Apiano editae Helveticos titulos quinque (n. 154. 164. 178. 198. 239) qui inseruit, qui videtur fuisse *Beatus Rhenanus*. Hunc excepit longeque superavit *Iohannes Stumpfius* natione Germanus domo Bruchsaliensis, parochus Bubikoni, deinde Stammheimi in agro Turicensi. Zwinglianorum ille sectam relicta vita monastica secutus est et dignus fuit illa aetate, qua fervente libertate et vigente doctrina et virtus alebatur litteris et libertatis ardore litterae inflammabantur. Stumpfius Helvetiam universam ad rerum antiquarum memoriam investigandam peragravit et tanta diligentia rem peregit, quantam neque priorum ullus adhibuit neque post eum per ducentos fere annos quisquam aequavit. Unde chronica eius splendide anno 1548 edita et adhuc sunt et semper erunt epigraphicae Helveticae primarium fundamentum. Nam qui Stumpfium subsequuntur longe clariores auctores multoque saepius adhibiti Tschudius, Ios. Simlerus, Guillimannus, Plantinus, alii id egerunt ut illum verterent vel certe expilarent, alii ut interpolarent; quod fecit *Tschudius*, Stumpfii, quem non

amabat ut Zwinglianum et monasticae turpitudinis liberum accusatorem*), nomine ubique suppresso singulari vafritia et multo magis singulari fortuna. Iam quod in hac editione suum locum Stumpfio reddidi eumque vindicavi a tecta adversarii ira, ea re et iustitiae sero quidem sed tamen satis me fecisse existimo et permultum profecisse in titulis compluribus recte tractandis. — Post Stumpfium apud Helvetios dudum iacuerunt haec studia neque in Helvetia sola; nam ut in Italia Manutius et Smetius ingenti intervallo separantur a Maffeio et Marinio, ita ubivis fere per saeculum XVII inscriptiones neglegebantur. Omnino vera philologia et Scaligerorum Lipsiorumque et nostrae aetatis principum virorum semper quam maxime afuit ab inscriptionibus aspernandis; sed neglexerunt negleguntque eas qui extra bibliothecarum pulverem nihil viderunt videntque taediosi magis quam docti homines, quales fuerunt qui regnabant saeculo decimo septimo. Unus dignus est huius saeculi auctor hic qui nominetur *Iacobus Spon*, qui bene meruit de Genavensibus titulis sylloge ea quam primum edidit anno 1680. — Saeculo XVIII extitit *Ioh. Gasparus Hagenbuchius* Turicensis vir doctus et indefessus, sed cui dii ultra modum indulserunt et scientiam et patientiam; ita enim scitus fuit ut per quadraginta annos continuos inter canonicale illud otium de Helveticis titulis commentatus tamen scribendi terminum et docendi initium inveniret nullum, ita autem patiens laboris, ut lectorem nisi fortasse sui similem caelibem aliquem adhuc nullum obtigisse ei certo spondere audeam. Sed tamen multa collegit, ut erat magni nominis vir et diligens titulorum recens retectorum investigator; multumque adiuverunt eum quae duo aequales Gallohelvetici, *Abauzitus* Genevensis et *Ruchatus* Lausannensis per ea tempora repererunt. Quorum hic multa protulit nova ex agro Valdensi, etsi pauca edidit; Abauzitus autem praeterea cura et sollertia qua valuit ita bene meruit de lapidibus patriis, ut primus ei locus inter Gallohelveticos auctores epigraphicos iure tribuatur. Sed tamen non satis profuerunt eruditis quae tres hi viri collegerant; Abauziti enim liber cum a Muratorio in inscriptionum thesauro conficiendo neglegeretur, Ruchatiana autem et Hagenbuchiana pleraque in schedis delitescerent, ad exteros certe ex horum penu non multum pervenit. Succrevit deinde titulorum nova messis fortunae beneficio et aucta sensim describentium copia; ita ut quosdam citem, Saloduri titulos anno 1762 repertos viri docti ibi degentes sedulo exceperunt, quamvis non ederent; *Exchaquetus* reperit Valdensia complura praesertim cippos miliarios aliquot; *Logii*, *Levadii*, maxime *Murithi* beneficio innotuerunt tabulae aheneae repertae in ruinis templi Poenini; denique *Ritterus* Aventicensia quaedam protulit, *Hallerus* Vindonissensia aliaque complura quamquam male

---

*) Tschudius catholicae sectae prudens, sed tamen acerrimus patronus extitit. Quam aegre tulerit quae contra monachos in chronicis dixerat Stumpfius homo mitis quidem, sed non ignavus, docet epistula eius, in qua sic est: 'Ich habe nächster Tagen, als mir Musse worden, vil in Her Iohan Stumpfen neuwer Chronik gelesen, worin er, als mich bedunkt, unnothwendig vil Ding geflickt. Was Noth ists z. E. dass er vil Pluderment macht von München, wie sie die Welt betrogen, von dem albernen Wesen der Bilder und dergleichen Sachen, die einem Historico nicht gebürlich, sondern höchstens einem Theologo. Besser wärs, er hätte seine Chronik dermassen geschrieben, dass all Partyen mit geduldigen Ohren mit Anmuth und Danksagung die hätten lesen mögen'.

tamen edidit. Nostra denique aetate Eburoduni, unde usque ad annum 1825 titulus nullus innotuerat, lapides scripti complures simul reperti sunt; item Augustanum tabularium admodum exiguum etsi non ita ut expectares tamen auctum est his annis proximis per effossiones praesertim Schmidianas, neque fere fuit vicus oppidumve antiquum intra fines Helvetios, unde non novi aliquid ad nos perveniret. Sed qua ratione tabularium nostrum lapidarium sensim increverit et quam ampla pars eius hoc demum saeculo accesserit, optime docebitur dinumeratis qui quo saeculo accesserint titulis. Quod si recte computavi in re satis dubia et ancipiti, titulorum lapidariorum quos ipse edo trecentos triginta octo

Stumpfius novit	43
accesserunt ad annum 1600	22
ad annum 1700	47
ad annum 1800	99
ad annum 1854	127
	338

Figlinas autem et omnino ex supellectile domestica exceptas auctores antiquiores fere omnes neglexerunt harumque colligendarum studium nostra demum aetate inferbuit. Quamquam in hac computatione non neglegendum est in inscriptionibus nostro saeculo repertis multo plura fragmenta satis inutilia connumerari, quae olim spernebantur, tamen nihilo minus satis apparet quam celeriter augeatur insigne hoc antiquitatis promptuarium, modo attendant homines animumque ad id advertant. Ita iure speramus fore ut posteris deferatur hereditas aucta semper et locupletior, qua adita multa nos errasse, quaedam recte divinasse olim praedicabunt. — Cui titulorum augmento cura respondit, quam eruditi Helvetii in patriis monumentis colligendis et expoliendis collocarunt, qua cura omissa monumentisque per ephemerides et huius generis libros disseminatis nemo ignorat fructum inde fere nullum in communes litteras redundare. Duo viri sunt, qui in hoc studio elaborarunt, *Ioh. Gasp. Orellius* Turicensis, qui inscriptionum Helveticarum syllogen ter edidit annis 1826. 1828. 1844, et *C. L. Rothius* Basileensis, qui Basileenses lapides a. 1843 collegit; quorum ille ampliora et pleniora praestitit, hic accuratiora et longe meliora. Nam Orellium quamquam in hoc labore diligentia Hagenbuchiana adiuvit, cuius ille Helveticam syllogen sibi sumpsit pro operis fundamento, tamen diligentia aliena probe uti cum nesciret, factum est, ut subitaria quadam subsecivaque opera magis quam ea qua par est ponderatione et sedulitate librum eum elaboraret. Omnino ut laudo elegantiam hominis et brevitatem et maxime vividum quendam aetatis Romanae sensum et ab umbraculis eruditorum ad ipsam rerum lucem libenter emergentem, ita desidero saepe iudicium, patientiam autem fere semper et ut quaedam bene eum video divinasse, ita longe plura temere fudisse, genuina inconsiderate corrupisse, vera pro falsis, falsa pro veris habuisse et omnino tam saepe offendisse, ut eius libro amplius standum esse nequaquam aequo animo patiamur. Ita factum est ut et amici Helvetii hortarentur me ad hunc laborem suscipiendum et ipse libenter hanc eis operam darem; fecique quod potui, ut optimis hospitibus eo quo possem munere advena ipse et incola satisfacerem.

De fontibus syllogae meae hoc tantum dicam, primum inspexisse me lapides qui extant reperirique potuerunt tantum non omnes; cuius rei causa biennio elapso Helvetiam peragravi. Deinde adhibui ut par erat libros codicesque quotquot mihi innotuerunt et investigari potuerunt; in quo negotio difficillimo ita me adiuvit cum amicorum humanitas tum bibliothecarum publicarum quae sunt in Helvetia administratio liberalis et sollers, ut vix quidquam quod sit alicuius momenti adhuc desiderem. Corpora inscriptionum, quae prodierunt usque ad Hagenbuchii aetatem, non excussi denuo tota, ut Helvetica inde exciperem, sed in hac re Hagenbuchiana opera stari posse mihi visus sum. Citavi auctores quam potui brevissime, indice librorum scriptorum et editorum quos adhibui praefationi subiecto; cui indici subinde inserui, si qua monenda videbantur de auctorum fide et sollertia. Quos citavi libros, eos usurpavi ipse, nisi si quibus additum est me non vidisse*). Ceterum rem ita institui, ut primum libros evolverem et variis lectionibus ad singulos titulos enotatis lapides conferrem; ut sperare liceat non multos errores commissos esse in lapidum a me collatorum lectione constituenda.

Recepi in hanc syllogen titulos omnes repertos intra fines qui nunc sunt confoederationis Helveticae; adsumpsi paucos (n. 239. 324) qui quamquam hodie extra fines servantur, tamen olim intra eos limites videntur stetisse, exclusi autem quos sine iusta causa Orellius (n. . . . = 54; . . . = 77; . . . = 78; 279 = 83) Helveticis inseruit Germanicos et Sabaudicos. Graeca non tam exclusi consulto quam reperi nulla; vix enim in censum veniunt quae leguntur n. 350, 16; 354, 6; app. 21; fals. 31. 34. 35. Etruscos vel certe Etruscis litteris scriptos lapides non recepi, cum nuper ediderim separato commentario**). Medii aevi titulos, id est scriptos post expulsos ex his partibus Romanos, praetermisi; in re dubia tamen melius visum est locum dare titulis, unde leguntur n. 307 et 308 elogia Baudo[li]lli et Radoarae, qui haud scio an fuerint liberi Alamanni. Praeterea appendici tres titulos Curienses n. 25. 26. 27 saeculi fortasse septimi vel octavi ideo inserui, quod ad quaestionem de fide Tschudii diiudicandam non minimum momentum afferre videbantur.

Dispositionis fundamentum est ordo geographicus, quem tamen ita temperavi, ut ad oppida vicosque maiores lapides digererem omnes et solitarios lapides ad proximum quemque vicum referrem. Publicam divisionem si sequi voluissem, civitatium monumenta coniungi debuerunt; quod consulto non feci (v. p. 27). In singulis capitibus tituli sacri incipiunt, sequuntur imperatorum et magistratuum populi Romani et militares, deinde qui pertinent ad rem municipalem; agmen claudunt privati. Hoc ordine propositis titulis reliquis (n. 1—308) sequuntur miliarii vel leugarii (n. 309—338), quos coniungere et ad vias redigere placuit, et supellectili domesticae intra Helveticos fines aut repertae aut certe adservatae, maxime instrumento cretaceo inscripta (n. 339—354). Absoluta sylloge inscriptionum Helveticarum subiicitur appendix, qua recensentur

---

*) Quod notare soleo sic: q(uem) n(on) v(idi).

**) *Die nordetruskischen Alphabete auf Inschriften und Münzen.* 1853. (*Mittheilungen der antiq. Gesellschaft in Zürich Bd. VII Heft* 8.) Pertinent huc n. 5. 6.

et lapides indicati non descripti, et tituli nunc in Helvetia extantes originis externae, et tituli externi male inter Helveticos a quibusdam auctoribus relati, et medii aevi Curienses tres, de quibus supra dictum est. Extremo loco collocantur inscriptiones falsae et suspectae, quarum ordo sincerarum ordinem imitatur. — Sequuntur indices de quibus quae monenda sunt, in conspectu ipsis indicibus praefixo explicatum est. — Mapparum duarum quas addidi altera sistit locos, in quibus tituli Latini reperti sunt exceptis tegulis castrorum Vindonissensium, altera has ipsas stationes Vindonissenses; quibus tabulis et Helveticis hominibus antiquum patriae statum quodammodo mihi videor repraesentasse et exteris non spernendum adiumentum suppeditavisse in titulis ad artis nostrae leges explicandis.

In singulis titulis tractandis quas leges secutus sim, usus facile lectores docebit. Titulos ita proposui ut quam proxime typi admittunt lapides imitarer; nexusque ut retinerentur sedulo curavi, interdum textu in margine denuo exhibito litteris minusculis, ubi elementorum ligatorum abundantia lectionem impediret. Quas minusculas litteras ipsi titulo deprehendes insertas, eas aut ex supplemento aut ex coniectura scito proficisci; ex correctione ubi oriuntur, semper ut par est traditam lectionem reperies in adnotatione. Maiusculis inclinatis quid significetur, ubivis in adnotatione explicatur; plerumque ita distinxi lapidis superstitis partem olim descriptam hodie deperditam. Maiusculis scalpro adrasis dubiam lectionem significari nemo nescit; virgulis elementisve ubi punctum suppositum vides ut e. c. n. 14, consulto litteram eam aut plane expunctam aut certe laesam esse teneto. Titulis quae adiecta sunt in margine, anni praesertim consulum imperatorumve, explicatione non indigent. Supra titulum ipsum legitur ubi repertus est locus; infra exhibentur auctoritates et si qua notanda erat lectio varia. In auctoribus recensendis si qua non statim intelleguntur, auctorum elenchus praefationi subiectus consulendus est. Auctores qui titulum ex libro edito repetiverunt plerumque silentio praetermisi exceptis tamen syllogis maioribus, quas semper citavi. Quantum fieri potuit, investigavi, unde quisque auctor titulum sumpserit; ubi vidit lapidem, plerumque indicavi addita nota *q(ui) v(idit)*. Ad variam lectionem quod attinet, plerumque omisi totam, cum ipse lapidem examinaram; quod ne quis superbius factum insimulet, meminerit plerumque exempla edita contulisse me cum ipsis lapidibus, ut ubi ab illis discesserim, non sinè causa factum esse videatur. Contra quos titulos non vidi, iis apposui variam lectionem integram; integram autem dico non eam, quae omnes omnium errores exhibeat, sed quae exempla et primaria et ea secundaria quorum primaria latent vel interierunt, accurate exhibeat. Omnino totam hanc rem ita tractavi, ut tractare solent codices philologi; quorum nemo autographo reperto exempla curat, nemo archetypo amisso antigrapha spernit. Exemplorum inter se coniunctionem etiam, ubi necesse erat, exploravi; multum enim interest in titulo deperdito, utrum ab eodem exemplo reliqua pendeant omnia, an saepius lapis descriptus sit.

Haec habui, quae de huius syllogae legibus monerem. Iam tanquam exeunti ludio duo mihi restant, ut gratias agam iis, quorum opera factum est ut liber prodeat minus imperfectus, deinde ut nuntiem de opere continuando. Ad illam rem quod attinet, quam multa multis debeam, quaevis libri pagina monstrat; maxime autem de eo meruerunt tres viri Troyonus Lausannensis,

Rothius Basileensis, Kellerus Turicensis, qui singuli quae collegerant Troyonus Valdensia, Rothius Augustana, Kellerus cum alia tum Vallensia, singulari humanitate et liberalitate tota mihi patefecerunt, Kellerus praeterea quasi quodam laboris consortio nullam boni socii operam non mihi praestitit. Quibus adiungam optimos et indefessos operis adiutores Soretum Genevensem, G. Vischerum Basileensem, Meyerum et Hornerum et Baiterum Turicenses, quibus molestus saepe veni, nunquam cum repulsa abii. Omnino ea quae viget apud Helvetios antiquarum rerum cara recordatio et diligentissima investigatio permultum studia mea adiuvit; benigne enim accipiunt homines quamvis exteros et ignotos, ubi eos vident propter has res se adire, et mira quadam diligentia patrias antiquitates servant. Extant hodie musea lapidaria quibuscunque locis tituli paullo maiore numero prodeunt, et recte custodiuntur lapides ubique, excepta una Geneva, cuius musei turpem condicionem cives deplorant, exteri modo rident modo indignantur. Idem fere valet de codicibus scriptis. Vix ullam praeterea hodie provinciam esse puto, in qua sexti decimi saeculi scriptores graviores fere omnes ad autographa exigere liceat; ut mihi accidit in Helvetia, quae adhuc servat ipsa Stumpfii Tschudii Bonivardi manu scripta chronica. Ita factum est, ut quem mihi molestum repraesentaram laborem iucundus efficeretur notorum studio et ignotorum benevolentia, quibus omnibus hanc peregrini hominis operam probari vehementer cupio.

Restat nuntiatio. Titulos extra ordinem iacentes neque relatos in eam ad quam pertinent syllogen non multo minus eruditos latere quam qui sub terra adhuc latent supra iam monuimus; neque tamen fieri potest, ut eiusmodi sylloge singulis annis recudatur. Utrumque ut conciliaret, societas antiquariorum Turicensium constituit hanc syllogam ita continuare, ut supplementum eius paginarum numero continuato quotannis vel certe brevibus intervallis prodiret huic volumini adiungendum, donec additamentorum moles ita excrevisset, ut novam syllogen requireret. Hortamur igitur viros doctos et rerum patriarum curiosos, ut ipsi nobiscum communicent cum quae in hoc volumine emendanda esse apparuerit tum quae deinceps prodierint, item ut de hoc societatis decreto eos quorum interest deinceps commonefaciant et quantum quisque potest in eo nobiscum elaborent, ut habeant Helvetii duas res ad inscriptionum studium recte ordinatum necessarias, primum corpus inscriptionum absolutum, deinde sequelam eius et continuationem, ephemerides epigraphicas.

Scripsi Turici mense Februario MDCCCLIV.

AUCTORES PRAECIPVE ADHIBITI.

ABAVZIT (1679—1767) v. SPON. — Schedas eius ms. servat bibl. publica Genevensis, unde Nantuatium titulos exscripsit misitque qui studia nostra diligenter et docte adiuvit Bétant.

ALDINI gli antichi marmi Comensi. Pavia 1834. 8. — Adiuvare me debuit in Ticinensibus neque tamen adiuvit auctor hic, qui in lapidum origines non satis accurate inquisivit.

AMATI peregrinazione al San Bernardo Losana Friburgo Ginevra. Milano 1833. 8. pp. 479. — Multos titulos continet, sed vulgares.

AMORETTI viaggio da Milano ai tre laghi. Sesta ed. corredata di antichi monumenti dal dott. G. Labus. Milano 1824. 8. pp. 373.

ANTIQVARISCHE GESELLSCHAFT IN ZÜRICH, Mitthcilungen Bd. I—VII. Zürich 1841—53. 4.
Praeterea usus sum epistulis picturis ectypis, quae in nostrae societatis tabulario adservantur, additis quibus utimur voluminum et paginarum numeris. Picturis autem dum haec scribuntur in alium ordinem redactis et diversa ratione compactis numeros meos ad novum ordinem exigere non potui.

APIANVS et Amantius, inscriptiones sacrosanctae vetustatis. Ingolstadii 1534 fol., ubi p. 454. 455 Helvetica quaedam exhibentur.

ARCHIV für schweizerische Geschichte herausg. von der allgemeinen geschichtsforschenden Gesellschaft der Schweiz. Zürich. 8. Bd. I—VIII. 1843—1851.

v. ARX (Ildefons) Geschichte der Landgrafschaft Buchsgau. St. Gallen 1819. 8. pp. 254.

BALTHASAR Helvetia vol. I—VIII. 8. 1823—1833.

BLAVIGNAC (J. D.) histoire de l'architecture sacrée du quatrième au dixième siècle dans les anciens évêchés de Genève, Lausanne et Sion. Paris, Leipsig, Londres 1853.

BOCCARD hist. du Valais. Genève 1844. 8. pp. 424.

BOCHAT (Loys, Lausannensis 1695—1754) epistolica diss. qua declaratur lapis antiquus in loco ubi quondam Lousonna fuit effossus. Lausannae 1741. 4. pp. 54.
— mém. critiques sur l'hist. ancienne de la Suisse. Lausanne 4. vol. I 1747 pp. 588. vol. II 1747 pp. 600. vol. III 1749—1751 pp. 626. Quaedam habet bona, pleraque ab amicis, ut Abauzitio, Ruchato.

BONIVARD (Franciscus, prior S. Victoris, c. 1496 — c. 1570) quas Genevae collegit inscriptiones et posuit in libro de antiquitatibus Genevensibus, quem ms. servat bibl. publ. Genevensis, eae et editae inde sunt in chronicorum Bonivardi ed. (les chroniques de Genève. T. I. 2 parties; T. II. 2 parties Genève 1831. 8.) I. 2 p. 115 et mca causa descriptas humanissime misit Bétant.

BRANCACCIANVS codex III, A, 6, quem Neapoli excussi, exhibet syllogen Iovii Comensem ab Apiano cditam, sed eam paullo meliorem quam typi dederunt.

BREITINGER (Ioh. Iac.) commentatio in antiqua mon. in agro Tigurino eruta in Schelhorn amoen. litt. vol. VII (Francof. et Lips. 1727. 8.) p. 1—74.
— von dem Alterthum der Stadt Zürich und einer neuen Entdeckung merkw. Antiquitäten in der Herrschaft Knonau. Zürich 1741, 4. pp. 51.

BRVCKNER Versuch einer Beschr. hist. und nat. Merkwürdigkeiten der Landschaft Basel. Basel 1748—1763. St. 1—23. pp. 3077. Exemplum auctoris additamentis auctum servat bibl. publ. Basil., quod et Rothius excussit et mea causa Vischerus. — Diligentissimo rerum antiquarum investigatori una obstitit agri Rauracensis harum rerum sterilitas.
— Fortführung der Baselchronick von 1580—1600, addita volumini II Wurstiseni denuo editi: Bassler-Chronick. Basel 1772. fol.

BVXTORF Reise nach der Birsquelle. 1756. 8. pp. 50. Repetita in Bruckner hist. Mcrkw. St. XIV.

CALMET (Augustin.) diarium Helveticum. Einsiedl. 1756. 8. pp. 149.

le CITADIN de Genève ou response au cavalier de Savoye. Paris 1606. 8. pp. 383. Auctor est Ioh. Sarasin. — Descripsit titulos Genevenses optima fide nequc spernenda diligentia.

CODEX C 220, scil. bibl. civ. Tur., complectitur inscr. Helveticas. Simillimus est Zolleriani et Ottiani et eiusdem fere aetatis, hoc est saec. XVIII incip.

DEYCKS antiquarische Alpenwanderung, in: Jahrb. des rheinl. Vereins vol. XI (Bonn 1847) p. 1—32.

DONATVS ad novum thes. vet. inscr. Muratorii supplementum. Lucae vol. I. II. 1765—1775. — Helvetica pleraque accepit a Sam. Schmid Bernensi, alia excerpsit ex schedii Gnocchii Brixiensis, qui nescio quem librum vulgarem expilavit, fortasse Ruchati délices de la Suisse. Gnocchiana pessime confusa, Schmidiana nobis supervacanea reperimus.

DVBOIS (Frid., Neuchatelensis). Schedas ms. eius servat mus. ant. Turic.

(DVNOD) lettres à M. l'abbé de B . . . sur les découvertes qu'on a faites sur le Rhin 1716. s. l. 1716. 12. pp. 50. — Repetita mutato indice: déc. faites sur le Rhin d'Amagétobrie et d'Augusta Rauracorum. Porrentruy 1796. pp. 131.

DVFFOVG-FAVRE (Eug.) guide de l'étranger à Vevey et dans les environs. Vevey 1843. 8. pp. 25 et 79.

EXCHAQVET dictionnaire des ponts et chaussées. Lausanne 1787. 8. pp. 278. — Quaedam satis diligenter collegit, maxime cippos miliarios agri Valdensis.

FESCH (Remigius) thesaurus inscr. antiquarum 1636. Codex ms. bibl. publ. Basil., qui non multa sed tamen aliqua dedit.

GERBERT (Martin.) iter Alemannicum; accedit Italicum et Gallicum. Typis San-Blasianis. 1765. 8. pp. 519 et 144 (ed. 2 auctam a. 1773 non vidi).

GERLACH, Hottinger, Wackernagel schweiz. Museum. Frauenfeld I—III. 8. 1837—1839.

GRILLET (Jean Louis) dict. hist. littéraire et statistique des départements du Mont-Blanc et du Léman. T. I—III. 8. Chambéry 1807.

GRVTERI inscriptiones antiquae. Heidelbergae 1603. — Adhibuit libros editos Apiani, Stumpfii, Symeonii, Lipsii, Guillimanni; accepit praeterea Genevenses et Aventicenses a compluribus: Boissardo, Commelino, Frehero, Guldinasto, Olympio, Scaligero, Vindonissenses nuper tum repertas a Io. Gulielmo Stuckio. Pleraque exempla satis emendata reperiuntur; Commelinus tamen tantum non omnia sua ex Stumpfii libro videtur descripsisse.

GVICHENON hist. genealogique de la maison royale de Savoye. Lyon 1660. 3 voll. fol. — Genevenses et Vallenscs collegit solita inficeta neglegentia.

GVILLIMANNVS (Franciscus) de rebus Helvetiorum sive antiquitatum libri V. Friburgi Aventicorum 1598. 4. pp. 457. — Ipse lapides non vidit nisi Nantuatium duos n. 18 et 21; totus pendet ex Tschudio, cuius librum ms. vidit quemquc citat p. 67. Tschudiana per hunc primum cxteris innotuerunt. Hunc librum intellege ubi Guillimannum simpliciter cito.

— Habsburgiaca. Mediolani 1605. 4. pp. 344. Vindonissensia quaedam ab auctore continet descripta.

GVLIELMIVS (PAVLVS) v. MERVLA.

HAGENBVCH (1700—1763) epistolarum epigraphicarum p. 473—620 s. *τεσσεραχοστολογιον* Turicense. Turici 1747. 4.

HAGENBVCH Helvetia Litterata seu sylloge inscr. antiquarum in Helvetia extantium. Voll. 4. Codd. bibl. civ. Turic. C, 283. 284. 285. 286. Colligere incepit a. 1726.

— epistolae ms. Codd. bibl. civ. Turic. C, 266 (usque ad a. 1720); 267 (1721—1730); 268 (1730—1736); 269 (1737—1742); 270 (1742—1744); 271 (1744—1747); 272 (1747—1749); 273 (1750—1751); 274 (1752—1754); 275 (1754—1759); 276 (1759—1763).

Sane si posset esse unquam pro virtute sola per se diligentia, nunquam satis praedicari posset Hagenbuchius ferreae vir patientiac et insignis eruditionis, quae neque ignoratur hodie neque facile potest praetervideri vel contemni. Mihi tamen, ut libere dicam, neque verc doctus fuisse videtur vir, quem omni laudis genere et vivum et mortuum celebrarunt et parum profecisse existimo artem hanc qualemcunque epigraphicam rationc illa Hagenbuchiana, quae per se non satis bona progeniem cdidit editque indies vitiosiorem. Vere doctus enim non recte dicitur qui plurima quidem, sed pleraque scitu indigna quam plurimo suo taedio lectorumque ingenti ita congerit, ut cur quidque ponat neque ipse umquam quaerat et, si quaerit alter, indignetur. Denique titulum quis quem ediderit indicare, inanes repetitiones neglegentium editorum et levium hominum minimos errores perstringere, indices tessellataque ut ait opera in singulas syllogas sibi conficere, habent quidem ea omnia suis locis adhibita utilitatem, quam et Orellius saepe expertus est quamque nunc ego non raro experior; sed tamen tantum abest ut in his consistat rei epigraphicae doctrina, ut eius ne prima quidem haec stamina haberi debeant. Index accurate confectus merito laudatur, attamen ita ut vera investigatio minime eo contineatur, sed inde incipiat progressura ad ipsam rerum disquisitionem. Quod si quis inter eruditos postulat ut admittatur propter indices, talem hominem risisset puto Scaliger, a quo tamen hoc indicum epigraphicorum genus totum proficiscitur. At si quis hoc nomine et olim admissus est et adhuc praedicatur, non parum ea res huic nostrae arti officit. Pullulant enim continuo sectatores eius stupidi homines, qui cum ab aliis philologiae et historiae partibus repelli se sentiant, huc tandem appellunt et admissionem flagitant, otium neque cum dignitate neque cum iucunditate perdidisse sc demonstrantes multaque se scripsisse, quae non facile neque scribat neque nisi vi quadam coactus legat sanae mentis homo. Sed tamen ne simus iniqui, habet aliquam excusationem Hagenbuchius, quae nostri temporis *ματαιοπονίᾳ* minime patrocinatur; dico incredibilem eius aetatis hominum Italorum levitatem, cui tum nostrates contrarium vitium quasi quodam iure opposuerunt. De Muratorio quid tum iudicarint, adscribam Reiskii verbis petitis ex censura epistolarum Hagenbuchianarum (zuverläss. Nachr. Th. CXVI Leipzig 1749 p. 597): 'Nach langen Hoffen und Verlangen kam endlich das Werck in 4 Folianten ziemlicher Grösse heraus; ein Werck, das einen eintzigen mässigen Band würde betragen haben, wenn man . . . auf seine Pflicht und das Urtheil der gelehrten Welt . . . hätte sehen . . . wollen . . . .'. Num defendi posse 'beynahe den halben Gruterus unter einer neuen Aufschrift, und noch dazu viel schlimmer als er je gewesen, den Unwissenden aufzuheften? Reinesium, Sponium, Fabrettum hat cr auch nicht geschont. Er hat sie nicht nur ausgeschrieben, sondern noch dazu verderbet, und nicht einmal angezcigt, wo er dieses hergenommen. Er bemerckt wohl die Quellen, aber solche, die man nicht aufsuchen kan. Es sind ent-

weder geschriebene Blätter, die sich in wenigen Händen befinden: oder zieht er ja gedruckte Bücher an, so thut er das weitläufig, und so unbestimmt, dass einem alle Lust vergeht die Spur zu verfolgen. — — Manche, ja sehr viel Inscriptionen führt er mehr als einmahl, ja zuweilen zehn biss zwölf mal an; manche auf einem und demselben Blatte zu 2 biss 3 mahlen, und zwar so jämmerlich zerstümmelt, so unkennbar, als ein Mensch seyn kan, dem man Nase und Ohren abgeschnitten. Insonderheit ist er darum mehr Zürnens als Mitleidens werth, weil er die griechischen Aufschriften so hesslich darstellt, und so erbärmlich ausleget, dass man auf den Gedancken kommen möchte, er sey im Griechischen gantz und gar unerfahren. — — Hat Herr Muratori sich nach den Kräften seiner Herren Lands-Leute gerichtet, so folgt natürlicher Weise daraus, dass sie schlechte Helden seyn müssen'. — Ipse Scipio Maffeius, qui quantum praestet Muratorio nemo ignorat, de se ad Hagenbuchium scribit: 'mi convicne far tutto in fretta', et vere sic scripsit. Omnino placet hic inserere quod vir supra suam aetatem liberc sapiens Io. Iac. Reiskius de epigraphia quae tum erat iudicavit in censura libri Hagenbuchiani supra citata paucis iam vel nemini nota, sed digna quae hodie etiam manibus versetur; ita expressit cum severo tum acquo iudicio trium populorum Gallorum Germanorum Italorum ea aetate in hac arte et merita et defectus. 'Es wäre zu wünschen, dass unsere Gelehrten mehr Briefe von der Art dieser so genannten epigraphischen Schreiben durch den Druck bekannt machten. Man würde auf diese Weise viel beträchtliche Stücke der Gelehrsamkeit ausgearbeitet bekommen, und über dem das Neben-Vergnügen haben, eine jede Nation, ja jeden Gelehrten ins besondere, den man in seinen öffentlichen Schriften sonst nur öffentlich und von aussen in seiner völligen Kleidung siehet, auch daheim gleichsam in seinem negligé, in seiner wahren Gemüths-Gestalt zu sehen. Hier haben wir dreyerley Leute vor uns. Einen Frantzosen, einen Deutschen, und einen Italiäner. Sie zeigen sich alle in ihrem Charakter. Der Frantzose, der zugleich ein alter Mann, ein Präsident ist, redet mit dem Deutschen als ein Freund mit dem andern, und unterhält sein Ansehen. Er nimmt Lehre an, theilt aber auch welche mit, erinnert, was ihm nicht anstcht, und scheinet sich manches gefallen zu lassen, ob es ihm gleich nicht ums Hertz ist, nur ungestüme Weitläufigkeit zu vermeiden. Er ist freundlich, bescheiden, gefällig, gelehrt, deutlich, kurtz und oben hin. Seine Belesenheit, seine Vielwissenheit zieht er in die Kürtze zusammen, seine Meinung und deren Beweiss-Gründe trägt er mit wenig Worten in zusammenhangender Ordnung vor. Der Deutsche ist gelehrt, aber sehr mühsam, weitläufig, verworren, und hartnäckig gelehrt. Er weiss von kleinen Dingen eben so viel zu sagen, als von grossen und wichtigen. Er überschüttet und erstickt seine Leser mit Belesenheit, wie eine Lampe mit Oel, macht Perioden zu halben Ellen lang, springt von dem einen auf das andere, und endiget im folgenden Briefe das, was er im vorhergehenden angefangen. Er hält sich oft bei Kleinigkeiten auf, welche die Ausländer unser Spielwerk und Tändeley nennen.*) Er geht selten von der einmahl gefassten Meynung ab, ist dabey dreiste und unverhohlen, und bemühet sich gar nicht seine Erinnerungen in einem Säftgen einzugeben. Er zeigt auch, dass er sich seiner Gelehrsamkeit bewusst sey, dass er es leide, wenn man sie nach Verdiensten preiset, und dass er der gelehrten Welt nicht verbergen wolle, was verständige und aufrichtige Richter von derselben geurtheilet. Und darinne hat er Recht. Der Mensch, und insonderheit der gelehrte Mensch hat von aller seiner Mühe und Arbeit, die

*) Quam iuste reprehenderit Reiskius putidam hanc diligentiam, non videtur snpervacaneum paucis exemplis docere, quae propter brevitatem magis quam immanitatem inter sexcenta similia elegi.
Epist. epigr. p. 253. — 'Quum variorum ἐκδόσεις, Gruteri, Reinesii, Gudii, Muratorii, inter se conferrem p. 26. 27. oblitus sum dicere, quod prior Grut. editio 110, 4 habet COCILIAE, posteriorem traiecta errore typographico litera habere COCILAIE'. — Quod si aliquando in doctorum forte paenitentiario componentur quae de erroribus typographicis scripsit Hagenbuchius, ingentis ponderis volumen sic conficietur.
Epist. epigr. p. 273. — 'Equidem quum in doctissimi LEICHII de Diptychis veterum diatriba p. (II) haec legerem verba: «Diptychorum, quae de pluribus adhuc supersunt vetustissi-«mum est, quod STILICONIS a *Ducangio* [Gloss. Graec. v. «*Δίπτυχον*] aliisque creditur: quippe pars, nomen Consulis «insculptum praeferens, aut temporis culpa aut negligentia «hominum periit» in spem magnam veni a TE mihi missam CANGII *observationem in Diptychum Stiliconis* quo loco monstrasset diligentia Leichii, me inventurum esse: Nec mora: Cangii glossarium Graecum voce *Δίπτυχον* evolvi, *τὸν τόπον*, quem sperabam, non inveni. Quanta de spe decidi! Censen' hominem LEICHIVM esse? Erravit. Falsa eius monstratio quaerentem torquet. Quid agam? Quid comminiscar? Memor iambici octonarii:

Nihil tam difficile est, quin quaerendo investigari possit
pervestigare non desisto, usque adeo, donec ad abditum veri cubile pervenio, in Cangii Glossario Graeco, at minime voc. *Δίπτυχον*, sed Tom. II Append. p. 107 ad vocem *ΚΟΜΗΣ τοῦ σταύλου*'. — Paginam reperit canonicus; plaudite populi! Nonne Reiskius de his litteris quid sciti et urbani homines iudicaturi essent et recte et facete insinuavit, ubi de Blaurero, cui prima illarum epistolarum inscripta est, sic ait: 'Herr Hagenbuch streicht ihn hin und wieder als einen grossen Gelehrten und Mäcenaten heraus. Wäre er auch dieses nicht, so würde Herr H. ihm nicht einen 11 Bogen starcken, mit griechisch und lateinischen, gross und kleinen Buchstaben und vielen Ziffern bunt gemahlten Brief zugeschickt haben, ohne in Gefahr grosser Ungenade zu laufen, oder wohl gar sein Buch dem Vulcano aufgeopfert zu sehen'.

***

unter der Sonnen ist, nichts als das Vergnügen, zu wissen, dass andere Leute auch davon wissen, und würdige Begriffe haben; das Vergnügen seinen Ruhm, seinen wohlverdienten Ruhm aus dem Munde der Wahrheit zu hören. Der Italiäner hingegen stehet bey dem Deutschen, wie der Schüler bei dem Lehr-Meister, oder wie der Schatten in den Gemählden bey den hellen Farben. Er lobt so, dass er oft zum Schmeichler wird; und indem er andre erhebt, wirfft er sich selbst in den Staub darnieder. Seines Freundes Belehrungen nimmt er so gehorsam, mit solcher Selbst-Verläugnung an, wie ein Muhamedaner den Alcoran, indem er sich einbildet, es sey ihm nicht erlaubt, solche zu untersuchen, vielweniger aber ihnen zu widersprechen: weswegen er auch von seinem Freunde p. 432. mit einer anständigen Ehrbarkeit bestraft wird. Hätte Herr Gori anders nichts als diese Briefe geschrieben, und sollte man ihn aus denselben eintzig und allein beurtheilen, so würde man ihn gewiss nirgends anders als bey den diis minorum gentium unterbringen können. Denn es stehet in denselben wenig ungemeines, wenig das der Mühe sie aufmercksam zu lesen werth sey, ausgenommen die neuentdeckten Aufschriften beyder Sprachen, welche er hin und wieder mittheilet'.

Ad Helveticas inscriptiones quod attinct, earum syllogen instituisse Hagenbuchium et inchoasse in eas amplissimos commentarios notum est. Percurri ego diligentius quam fecerat Orellius haec non facilis lectionis volumina, adsumptis praeterea epistolarum ms. tomis undecim, et inde excerpsi quae facerent ad lectionem stabiliendam, id est cum exempla ab ipso Hagenbuchio ex lapidibus accurate magis quam perite (paucos enim lapidos litteratos videre potuit) excepta tum ab amicis undique cum illo communicata.

HALLER (Franz Ludw., von Königsfelden, 1755—1838) Geschichte der Helvetier unter den Römern. Zürich 1793. 8. pp. 316.

HALLER hist. und top. Darstellung von Helvetien unter der römischen Herrschaft. Zweite Aufl. 2 voll. Bern 1811—12. pp. 347. 566. — Vol. prius est praecedentis libri editio altera.

Hunc intellege ubi simpliciter Hallerum cito; cito autem ed. utramque, ut ubi singuli numeri scribantur, in priore titulum deesse intellegas. — Auctor sua undique imperite et neglegenter compilavit; quae non ex editis sumpsit, in iis nolim multum ei tribuas, nam etsi a dolo longe afuit, tamen socordiae' reus iure fit.

v. HALLER (Gottlieb Eman.) Bibliothek der Schweizergeschichte. Bern 1785—1787. 8. I—VI u. Register. — Liber multo saepius mihi profuit quam ubi citatum invenies; ita diligenter indicavit libros quaerendos. Omnino ita singularis utilitatis et bonitatis est, ut mirer quanta levitate nuper nescio quis opinatus sit sibi datum esse ut Hallerum continuaret.

— sylloge inscriptionum Helveticarum ab eodem confecta extat in cod. bibl. publ. Bern. hist. Helv. VI, 30. Auctores quos adhibuerat ipse excussi omnes; quam ob rem omitti potuit.

HELVETIA v. BALTHASAR.

HENTZNERI (Pauli) itinerarium Germaniae Galliae Angliae Italiae. Ed. 2. Norib. 1629. — Genevae fuit a. 1597, scripsit a. 1612. Compilavit Lipsiana aliaque vulgaria neque citavi nisi ut demonstrarem nihil frugi apud eum reperiri.

HERRMANN (Frider. Iacob., Salodurensis 1717—1786) collegit titulos Salodurenses, quorum quosdam Hallero misit edendos non bene descriptos.

IAHN (Albert) der Kanton Bern deutschen Theils, antiq. topogr. beschrieben. Bern und Zürich 1850. 8. pp. 522. — Magnus liber — scis reliqua.

KOLB (Iac.) v. PARENT.

LABVS v. AMORETTI.

LEICHTLEN Trajan als Gründer von Baden, in: Schriften der Ges. zur Bef. der Geschichtskunde zu Freiburg im Breisgau vol. I (Freiburg 1828). 8.

LEVADE (1748—1839) recueil de quelques inscr. romaines trouvécs dans le Pays-de-Vaud et le Vallais et qui n'ont pas été publiées, in: mém. de la soc. des sciences physiques de Lausanne t. III. Lausanne 1790. 4. hist. p. 64—76. Citavi sic: Levade mém.

— dictionnaire géogr. stat. et hist. du canton de Vaud. Lausanne 1824. 8. pp. 424. — Inscriptiones huius agri collegit omnes fere ex libris editis, quos tamen citare noluit.

LIPSIVS v. SMETIVS.

de LOGES (Chrétien, docteur de Montpellier) essais hist. sur le Mont St. Bernard. 1789. 8. pp. 229. — Auctor in Vallensibus minime neglegendus.

LVRATI (Carlo) Stabio, le sue sorgenti minerali ed i suoi dintorni. Lugano 1852. 8. pp. 86.

LVTZ (Markus, Pfarrer zu Läufelfingen) neue Merkwürdigkeiten der Landschaft Basel. Basel. 8. Abth. 1. 2. 1805. Abth. 3. 1816.

MEMOIRES et documents publiés par la soc. d'hist. et d'arch. de Genève. Genève vol. 1—8. 8.

MERCVRE SVISSE Neufchâtel 1733 sq.

MERIAN (Matth.) = Zeiller (Martin.) topographia Helvetiae Rhaetiae et Valesiae. 1642. fol.

MERVLA (Paulus Gulielmi filius, Dordracensis, 1558—1607), quem esse Paulum Gulielmium Lipsii perquam probabile est; Gulielmiana enim inter annos 1548 et 1588 Genevae a Lipsii amico conscripta esse apparet, Merula autem aliquot annis ante a. 1592 Genevae degebat et Lipsio fuit familiaris. Praeterea quae ipse Merula de n. 181 in cosmographia mentitus est, idem ingenium imperitum et fallax arguunt, quod dudum

deprehensum est in Gulielmianis. De quo ut facilius qui volet iudicet, adscribam quos titulos cum Lipsio communicarit: n. 91. 116. genuinos, quos ex ipsis lapidibus Merula videtur excepisse, n. 8. 12. 120. 121. 164. 175 (fraude adiuncto altero fragmento n. 204). 219. 239. 316. exscriptos ex Stumpfio adscitis subinde supplementis Stumpfianis, fals. 7. 8. 9. 10. 11. 15. 27 ab ipso confictos.

MEYER (Heinr.) Geschichte der XIten und XXIsten Legion, in: Mittheilungen der Ant. Gesellsch. in Zürich, Bd. VII (1853) p. 123—171. Tabulae quattuor musei nostri tegulas complures exhibent pictas.

MITTHEILVNGEN V. ANTIQ. GES.

MONTMOLLIN (chancelier, 1628—1703) mémoires sur le comté de Neufchâtel en Suisse. Neuchâtel 1831. 8. 2 voll. — De hoc vide in falsis n. 20—25.

MVRATORII novus thesaurus veterum inscriptionum Mediol. 1739—1742. 4 voll. — Genevenses Sponii, neque tamen Abauzitianas repetivit per Bimardum acceptas, deinde in appendice Vindonissensia quaedam ex libris dudum editis a Richtero descripta male iteravit, denique ut fit in eiusmodi sylloge subinde quaedam sublegit ex variis auctoribus.

MVRITH (Laurent Joseph, chan. du S. Bernard † 1816) médailles, inscriptions, statues et autres antiquités du Valais. Ex quo commentario ms. c. a. 1808 conscripto excerptae sunt inscriptiones in: mém. de la soc. des antiq. de France vol. III (Paris 1821) p. 502—533. — Auctor non satis bonus, tamen utpote inter mediocres omnes non neglegendus.

NOTICES d'utilité publique vol. I. II. 8. Lausanne 1805—1807.

ORELLIVS (Ioh. Casp., 1782–1849) in amplissimae collectionis (1828) n. 209—475 (coll. add. vol. II. n. 5025—5032. vol. I 5039. 5060—5068) composuit lapides scriptos Helveticos, qui separatim quoque prodierant a. 1826 ad indicendas gymnasii Carolini lectiones hoc indice: 'inscriptiones in Helvetia adhuc repertas omnes collegit breviterque illustravit I. C. O.' Turici 1826. 8. pp. 40. Hanc editionem, quae paucis innotuit et vix discedit a repetita post biennium, non citavi.

— Inscriptiones Helvetiae collectae et explicatae. Turici 1844. 4. pp. 100 (= Mitth. der ant. Ges. in Zürich vol. II). Eiusdem syllogae editio tertia. — Citavi editionem utramque a. 1828 et 1844 per totum hunc librum, nisi quod consulto non adscripsi numeros Orellianos ad figlinas Basileenses aliaque minora, quae Brucknerum vel Rothium secutus dedit n. 429 ed. 1, n. 306—310 ed. 2. Si qui titulus in alterutra editione deest, indicatur sic: . . . = 100 vel 100 = . . .
46 tab. aerea in summo monte S. Bernhardi rep., extat ibi in museo.

de Loges:	*ego:*
POENINO VOTVM	NO · VOTVM
LATINIVS SEQVED	SOVE · I

Contuli quod superest. De Loges p. 46; Murith n. 22; Orell.... = 47 a Boccardo.

Murith sic:	Boccard, ex Muritho puto:
NO · VOTVM ///////	... NO · VOTVM
R · IA ///OVE·D///////	... R·IA·OVED

---

47 tab. aerea rep. in summo monte S. Bernhardi una cum n. 33.

POENINO SACRVM
P BLATTIVS CRETICVS

Hancarville ant. étr. de Naples I (1766) p. XXIV cf. p. 175.

---

48 tab. aerea rep. in summo monte S. Bernhardi, extat ibi in museo.

FELICIO·ET
CRISPINVS · FRA
TRES·PVOENIN *sic*
O · VOTVM · SO
LVE RVNT
L · M

Contuli. De Loges p. 49; Levade mém. de Laus. III, 74; Murith n. 2; Haller II, 515 q. v.; Orelli 237 = 33 ab al. et Boccardo; Amati p. 77.

49 tab. aerea rep. in summo monte S. Bernhardi, extat ibi in museo.

IOVI P *oenino*
Q · IV
A L T
P R O *itu et*
R E *ditu*
V · S *l. m*

Contuli. Haller II, 516 q. v.; ex hoc et a Boccardo Orell. 243 = 39.

---

50 tab. aerea rep. in summo monte S. Bernhardi, extat ibi in museo.

POENINO
PRO ITV · ET · REDITV
C · IVLIVS · PRIMVS
V · S · L · M

Contuli. De Loges p. 43; Levade mém. de Laus. III, 72; Murith n. 1; Haller II, 514 q. v.; Orelli 228 = 24; Amati p. 78.

---

51 tabula aerea litteris punctim scriptis rep. in summo monte S. Bernhardi, extat ibi in museo.

C IVL RVFVS POENINO · V · S · L · M
AT TVA · TEMPLA LVBENS VOTA SVSCEPTA PEREGI
ACCEPTA · VT TIBI SINT · NVMEN ADORO TVVM
INPENSIS·NON·MAGNA QVIDEM TE SANCTE PRECAMVR
MAIOREM SACVLO NOSTRVM ANIMVM ACCIPIAS

Contuli. De Loges p. 44; Levade mém. de Laus. III, 71; Murith n. 5; Haller II, 506 q. v.; Orell. 246 = 42 ab al. et Boccardo.
2 LVBENS (vel potius LYBENS errore fabrili) aes, ut voluit Orellius dederatque Murith: reliqui L · YBANS vel LIBANS. — 4 pro SANCTE Murith SNCE, reliqui LONGE.

---

52 tab. aerea litt. bonis rep. in summo monte S. Bernhardi, extat ibi in museo.

I · O · M · POENINO
T · MACRINIVS·DE
MOSTRATVS *sic*
V ☿ S · L · M

Contuli. De Loges p. 45; Levade mém. de Laus. III, 74; Murith n. 8; Haller II, 514 q. v.; Orell. 231 = 27 ab al. et Boccardo; Amati p. 77; Deycks rheinl. Jahrb. XI, 20.
Demostratos qui quaeret, adeat Boeckhium C. I. G. n. 385.

53 tab. aerea in summo monte S. Bernhardi rep., extat ibi in museo.

M PAPIRIVS EV
NVS · EX VOTO

Contuli. De Loges p. 49; Levade mém. de Laus. III, 75; Murith n. 11; Haller II, 515 q. v.; Orelli 239 = 35; Amati p. 78.

54 tabula aerea rep. in summo monte S. Bernhardi in ruinis aedis Iovis a. 1808 *Mur.* Extat ibi in museo.

PHOEBVS · FVSCI
TI · CAESARIS
POENINO·V·S·L·M

Contuli. Murith n. 47; Haller II, 505; Orelli 245 = 41 ab al. et Boccardo; Amati p. 77.

55 tab. aerea in summo monte S. Bernhardi, olim ibi in museo, ubi hodie desideratur.

I O M
P O E N I N O
M·SVLPIC MAR
CELLVS ACNIP
5 V S L M

De Loges p. 49; Levade mém. de Laus. III, 74; Murith n. 12; Haller II, 515 q. v.; Orell. 234 = 30 ab al. et Boccardo.
Vv. male ut solet divisit Lev. — 3 SVLPICIVS Lev. — 4 CELIVS Bocc. — ACNIP Log. Mur. Bocc., NIP Lev., ..AC.N..P Hall., explicans SAC·NEPTVNI. — Omnino emendare qui volet, proficiscatur necesse est a lectione ACNIP, quam confirmat horum titulorum accuratissimus descriptor Murith et qui proxime ad fidem eius accedit Logius; contra exemplorum Levadii, Halleri, Boccardi nulla ratio habenda est. Fuitne ACOMPP = a commentariis praesidis provinciae?

56 tab. aerea rep. in summo monte S. Bernhardi, olim ibi in museo, ubi hodie non extat.

iovi poen INO
VS
ped ISSEQ
· LIBONIS
5 M · SER

De Loges p. 48; Murith n. 13; Orelli .... = 49 a Boccardo.
1 ..NO Mur. Bocc. — 3 ..SSEQ Mur. Bocc. — 4 ..LIBONI Loges, ..E · LIBONI Bocc. — 5 ..M · SER Log. Bocc.

57 tabula aerea in monte S. Bernhardi.

/ / / / / / / / /
/ / / AM / / / / /
SOLVIT·L M

Descripsi.

58 tabula aerea in monte S. Bernhardi.

D
ETI

Descripsi.

59 tabula aerea in monte S. Bernhardi.

NV

Descripsi.

60 bloc de pierre taillée, trouvé sur le plan de Jupiter à Mont-Joux.

A · V · P

De Loges p. 32.

VII. PENNELOCI *(Villeneuve).*

61 Villeneuve *Plant.* hors de la ville dans une promenade du côté du lac *dél.* similiterque *Ruch.* conservée dans les archives *Duff. Troyon.*

VICTORIA / /
AVG
NITIOGENNAE
TVLLIA
/ / / / / NTI / / / /
/ / / / / / / / / / /

Plantin. 1656 p. 320 ab Hermanno (inde per Guichenon. Mur. 91, 10); Scheuchzer it. 1709 p. 496; Ruchat hist. ms. I, 3, 45; délices de la Suisse p. 183; Orell. 335 = 140 ab aliis et Gaudino; Duffoug guide aux env. de Vevey p. 49; misit Troyon.
1 VICTORI Sch. Troy., VICTORIAE Ruch. — 2 AVG .... dél — 3 NnTIO GEN · MA Sch., NITIO GEMINA... dél., N TIOGENNA Ruch., NITIOGENNA Troy. — 5 NTI Troy., ...IT.... Sch., om. Ruch.

VIII. GENAVA *VICVS ALLOBROGVM (Genève).*

Genavam notum est fuisse vicum Allobrogum sive civitatis Viennensium (Caes. b. Gall. I, 6); quod lapides, demptis paucis qui Novioduno Genavam adlati esse videntur, ita confirmant, ut in Genavensibus et redeat eadem tribus Voltinia cui Viennenses adscriptos fuisse constat, cum Noviodunenses in Cornelia censos esse iure suspicere (n. 119. 120. 122); et redeant magistratus satis noti Viennenses II viri aerarii et III viri locorum publicorum persequendorum. Vide praeter n. 90 quaeque ibi notavi Viennenses lapides Grut. 458, 2. 479, 3. 898, 7.

62 Genevae devant une maison à la cité *Bon.*; in vico de la Jaërie *Gr.*; en une maison sur la rue de la cité au dessus du premier étage *Cit. de Gen.*; en la grande rue *Guich. Spon*; dans la maison de M. Pictet de Fernex *Ritter* ap. Hagenbuch. ms. 284 p. 163. Nunc in museo.

APOLLINI
M AVFVSTIVS
CATVSO

Descripsi et contuli. Bonivard chron. I, 116; Grut. 38, 12 a Boissardo; cit. de Genève p. 32; Guichenon I, 36 q. v.; Spon. n. 3; Mur. 22, 3 a Bimardo; Orell. 273 = 75.

---

63 Genevae in schola *Gr.* près de la porte de la quatrième classe *Cit. de Gen. Spon.*

APOLLINI
M · VERATIVS
MERCATOR

Grut. 38, 16 ex Scaligeri schedis; Cit. de Gen. p. 32 (ex hoc Guichenon I, 37, item ni fallor Spon. n. 4 et Mur. 23, 5 a Bimardo). Orell. 272 ed. 1; om. in ed. 2.

---

64 Genevae rep. in fundamentis eccl. cath. *Journ. helv.* Nunc in museo.

DEO · INVICTO
GENIO LOCI
FIRMIDIVS SE
VERINVS · MIL
LEG · VIII AVG · P · F
C · C · STIP · XXVI ARAM
EX VOTO PRO SALVTE
SVA V S L M·POSITA//
MVCIANO ET FABIANO COS p. Chr. 201.

Descripsi et contuli. Journ. helvétique 1753 Mars p. 257; Zaccaria stor. lett. XI, 227; Maffei ditt. Quirin. (Verona 1754) p. 28 (inde Donat. 176, 2); Haller Bibl. der S. G. IV, 124; Orell. 275 = 79 male; Amati p. 245.
8 POSITAM priores; recte fortasse, ut fuerit POSITAM.

65 Genève tr. en 1722 dans les fondements du cloître *Sp.* Nunc in museo.

ex una parte:		*ex altera parte:*
I	*o* M	I·O·M·ARCVM *cum suis*
ARCVM·C*m*	SVIS·ORNAMENTIS	ORNAMENT*is t. vipius*
T·VIPIVS·CELSI·LIB	VERECVNDVS	*ce*LSI·LIB·VERE*cundus*

Descripsi priorem et contuli. Ed. utramque Abauzit in ed. Spon. 1730 n. 2 II p. 372; Orelli 267. 268 = 71; priorem Pococke p. 79.

---

66 Genevae.

IOVI
ASSIGN
M · F
N

Grut. 13, 3 a Frehero (inde Guichenon I, 35; Spon. n. 2; Mur. 2, 5 ex Guich.; Orelli 270 = 73).

---

67 in basi superne cavata, Genevae rep. in fluvio Arva *Guich.* rep. c. a. 1645 in ripa Arvae post inundationem solito maiorem *Spon.* Nunc in museo.

IOVI · O · M
CINGI DVC
STABVLO E
AVLVS

Descripsi et contuli. Guichenon I, 38. Spon. Gen. n. 1, misc. p. 72. Hagenbuch ep. ms. 1719 ep. 133. Pococke p. 79. Orelli 269 = 72. Amati p. 245.

---

68 Genevae 'à St. Victor sur une tombe' *Bon.*

MARTI · IOVI · MERCVRIO
M · CASSIVS · MERCATOR
SVO · ET
L · CASSII · ASPERI · FRATRIS
SVI · NOMINE
T · P

Bonivard chron. I, 117. Alibi non reperi.
Versuum divisio mea est. — 4 FRATRES Bon.

69 Genevae ad turrim ferream *Grut.* sur le puits du four de fer *Spon.* Nunc in museo.

ARTI ✲ AVG
SACRVM
SENNIVS ✲ SABĪNVS

Descripsi et contuli. Ed. Grut. 57, 9 a Boissardo; Spon. n. 5; Mur. 44, 1 a Bimardo, nimirum descriptam ex Sponio; Orell. 274 = 76

---

70 Chougny prope Genevam in villa Fol.

MART̄ CATVR
SACR
RO SALVT ET INCº
LVMITATE D VA[/
AMT̄I SEX CR//
PIN NIGRINVS
V S L M

Descripsi indicatam a Soreto.

---

71 Genevae rep. in eccl. cath. et in muris relicta.

MATR · AVG · [/////ᵛ/

Blavignac mém. de Genève VIII, p. 4 pl. II n. 8. Prioris partis ectypon vidi apud Troyonum.

---

72 Genevae rep. in aede cath. reficienda in catacumba Christianorum *Journ. helv.*

MERCVRI
AVG
M ATTIVS BIRR
V · S

Journ. helvétique 1752 Sept. p. 305, inde per Hallerum Bibl. der Schw. Gesch. IV, 124 Orell. 271 = 74.
Fractam esse addidi ego.

---

73 tr. à Bonvard commune de Choulex (Genève), déposée dans le jardin du curé de Vandoeuvre.

MERCVRIO
AVG N̄
MARATHONIVS
V·S·L·M·

Contuli. Mém. de Genève VIII, 441; misit etiam Soret.

74 Genevae 'en la grande rue au carrefour dessus la pelisserie' *Guich.* et ita fere *Spon.*

NVMINIBVS
AVG
ET · DOM · DIV
VICTOR · AVG
LIB · P · P · S

Guichenon I, 35 q. v. (inde Mur. 105, 2), a quo videtur pendere Spon. n. 11 (inde per Bimardum Mur. 103, 8). Orelli 277 = 81.

---

75 Genevae tr. en 1678 au pied de la tour de l'île, se voit à présent chez le professeur Minutoli *Spon.* Nunc in museo.

DEO ✲ SILVA
NO PRO SALV
tE RATIARIoR
SVPERIOR A
MICOR · SVOR ·
POSIT̄ L · SANCT ·
MAR/VS CIVIS HEL
V S L M
/////// D D

Descripsi et contuli. Spon. Gen. n. 41, misc. p. 231; Fabrett. 756, 622 a Goetzio Lipsiensi; Mur. 67, 7 a Bimardo, qui Sponium exscripsit; Bochat I, 315 ex Sponio, indidem Ruchat hist. ms. 1, 1, 103; Pococke p. 80; Orelli 276 = 80.
Tres viri qui ante me descripserunt dederunt 6. 7 Sponius BASIM · SANCT || M · ARRIVS, Goetzius POS · S || M · ARRIVS, Pocockius POSVIT SANCT || MARCVS. Puto me verum invenisse: *posit L. Sanct(ius) Marcus.*

---

76 Genève en la tour de la maison de ville au dehors *Bon.* à la Treille ut *Gruteri* ita hoc tempore.

D[
RVFIAE AQVILINAE ✲ C · F ✲ AT[

Descripsi. Bonivard chron. I, 115; Grut. 921, 18 a Scaligero; Spon. n. 33 (inde per Bimardum Mur. 1738, 3); Hagenbuch cod. 284 p. 287 a Rittero et Heideggero; Orell. 292 = 95.

---

77 Genève dans la muraille d'une des tours de la maison Turrettin du côté de la Treille *Ab.*

BLANDIO · C · *f*
VOL · LATINO · 7 · LE*g*
I · ITAL · 7 · LEG · IĪ · AVG · 7 · LE*g*
VIIIĪ · HISPAN · 7 · LEG · XX
· · ONIS DONA

Abauzit in ed. Spon. a. 1730 n. 3 II p. 373; inde Orell. 264 = 68.
Supplementa sunt Abauziti.

78 'sur l'ancienne route, qui conduisait, avant 1564, de Pinchat à l'extrémité du chemin des philosophes, où était l'ancien pont d'Arve, on a découvert, au commencement de Mars 1805, à peu de distance du bureau de l'ancienne douane deux monuments romains [n. 78. 97]' *Grillet.* Affixa est ecclesiae catholicae vici Carouge prope Genevam muro exteriori, ubi adhuc prostat.

scutum et hasta

M · CARANTIVS · MACRINVS · CENTVRIO COH
PRIMAE VRBANAE
FACTVS · MILES · IN · EAD · COHORTE · DOMITIANO II · COS · p. C. 73.
BENEFICIAR · TETTIENI · SERENI · LEG · AVG · VESPAS · X · COS *sic* p. C. 77 ?
CORNICVLAR · CORNELI · GALLICANI · LEG · AVG · EQVESTRIB
STIPENDIS · DOMIT · VIIII · COS · ITEM · MINICI · RVFI LEGATI · AVG p. C. 83.
EVOCATVS · AVG · DOMIT · XIIII · COS · CENTVRIO IMP NERVA II COS · T · P · I p. C. 88. p. C. 90.

Lege: *M. Carantius Macrinus, centurio coh(ortis) primae urbanae. Factus miles in ead(em) cohorte Domitiano II co(n)s(ule); beneficiar(ius) Tettieni Sereni leg(ati) Aug(usti) Vespas(iano) [II]X co(n)s(ule); cornicular(ius) Corneli Gallicani leg(ati) Aug(usti) equestrib(us) stipendis Domit(iano) VIIII co(n)s(ule), item Minici Rufi legati Aug(usti); evocatus Aug(usti) Domit(iano) XIIII co(n)s(ule); centurio imp(eratore) Nerva II co(n)s(ule). T(estamento) p(oni) i(ussit).*

Contuli. Grillet dict. hist. des dép. du Montblanc et du Léman (1807) II p. 4; Salverte not. sur quelques mon. (1819) p. 24; Orelli ed. 1 n. 5030 a Levadio, ed. 2 n. 66 a Ferruccio, qui item edidit Bull. dell' Inst. 1844 p. 127 (accessit utroque loco Borghesii commentarius); Bonivard chron. I, 523 inter additamenta editoris.
4 $\overline{x}$ a lapicidae errore proficiscatur necesse est; fuerit in exemplari IIX. — 7 hoc anno, qui notatur IMP · NERVA · II · COS, consules fuerunt Domitianus XV, Nerva adhuc privatus II; qui tamen honoris causa hic solus nominatur anticipato imperatoris titulo.

79 Genevae, à la porte de la rue Punaise *Bon.* au bas du perron *Grut. Spon.* Nunc in museo

ARVTIO CN F CELERI *sic*
EF COHORTIS
SITANORVM

Descripsi. Bonivardi chron. I, 116; Grut. 366, 5 (a Boissardo), 523, 1 (a Boissardo et Frehero); Guichenon I, 36; Spon. n. 10; Orell. 263 = 67; Osann p. 560.
Ex supplemento esse quae Boiss. apud Grut. addit:

CN
PRA
LV

testatur accuratius Freheri exemplum itemque Bonivardi qui ARVTIO CN FIL L FIL COHORTIS LVSITANOR, ut mihi descripsit Bétant; in ed. male desideratur L FIL.

80 Landecy à une lieue de Genève *Ab.*

P · DECIVS · TROVCETEI VEPI · F
VOLTIN · ESVNERTVS
C · MARCIO · CENSORINO u. c. 746, a. Chr. 8
COS

Abauzit in ed. Spon. a. 1730 n. 1 II, 371. Orell. 298 = 102.

81. 82 duorum lapidum similium, non eiusdem lapidis (litterarum enim mensurae satis inter se differunt) fragmenta. — Genevae, sur la porte du Bourg-de-Four *Sp.* Nunc in museo.

81

D
T FL EXON
TRIT FL RON
NIVGI T FL TIC
FECTVM PE

82

CSN PATRI T FL ASPRC
NIAE ROMVLAE MATR
/S MIL LEG XXII ADIVTOR
SVMPTV SVO IBI P
DICAT

Descripsi et contuli. Pessime confusa et corrupta ed. Spon n. 50, inde Orell. 266 = 70.

83 Genève en la cour de la maison Godefroy *Guich.* au coin de la rue des chanoines vis-à-vis la Pelisserie *Spon.* à la maison de ville *Abauzit.* Extat in museo.

L·IVL·P · F · VOL · BROCCHVS · VAL
BASSVS · PRAEF · FABR · BIS · TRIB
MIL · LEG · VIII · AVG · IIVIR · IVR · D·
IIIVIR · LOC·P·P·AVGVR · PONTIF·IIVIR
sic FELAMI/N/N·COL·EQVESTRE·VIKANIS
GENAVENSIBVS LACVVS DAT

Descripsi et contuli. Guichenon I, 35 q. v.; Spon Gen. n. 24, misc. p. 167; Abauzit in Sponii ed. 2 p. 380; Pococke p. 79; Beaumont Alpes Cott. I, 1 p. 158; Orell. 253 = 56. 5 VTANIS Guich., VIANIS reliqui, unde Abauzit effecit SEXTANIS contra scribendi Romanorum leges. At est VIKANIS litteris ligatis. — 6 nunc desunt E et CVVS DA, LACCVS D · M Guich., LAC.... Poc.; quod dedi habent Spon et Abauzit.

84 Genevae 'rep. ante annum in praedio fratris mei dicto *le Vangeron* prope lacum II M. P ab urbe' *Vernet.* Videtur interiisse.

L·IVL · P · F · VOL · BROCCHVS · VAL·
BASSVS·PRAEF·FAB·BIS·TRIB·MIL·
LEG·VIII · AVG · IIVIR · IVR · DIC · IIIVIR · LOC ·
P·P·AVGVR·PONTIF·IIVIR·FLAMEN·INCOL·EQVESTR
VICANIS GENAVENSIBVS LACVVS D·

Iacob Vernet misit Hagenbuchio 12 Oct. 1758 (v. Hagenbuchii epist. ms. 1758, 151. 1759, 174 et Halleri Bibl. der Schweiz. Gesch. IV, 277); inde Orelli 254 = 57.
L. Iulius P. f. Vol. Brocchus Valer. Bassus hic, quem et Novioduni et Viennae honores gessisse titulus demonstrat, redit in Noviodunensi n. 116, ubi filius etiam nominatur D. Iulius L. f. Vol. Ripanus Capito Bassianus. Illius nepos ex filio modo dicto videtur fuisse D. Iul. D. f. Volt. Capito n. 90; cognati passim nominantur.

85 Genevae in collegio *Gr. Sp.*

..........RI....
.....IONI.....
LEGIONIS · X·
HERED · EX · TEST

Grut. 571, 11 a Frehero, ex hoc Guichenon I, 37 neque aliunde Spon n. 20, etsi in ed. 1682 (contra ed. 1. 3) v. 3 dat.... ION·VI. Orelli 265 = 69.

86 parvus lapis Genevae rep. in episcopio demoliendo *Ferr.* Nunc in museo.

L O C · E M P T
EX · D D
FACT · PRIVAT ·
IA · V · CONSAEPT · EST
FLORVS · SCRIBIT

Descripsi et contuli. Ed. Ferrucci mém. de la soc. d'hist. de Genève I (1841) p. 213.

88 Genevae in collegio *Grut.* 385 *Spon*; in schola *Grut.* 368. Sponii tempore iam videtur interiisse.

SEXTO · ATTIO
CARPOPHORO
IIIIII · VIR · AVGV...
...IERIA · CASTV...

Tria exempla extant: Boissardi (apud Grut. 368, 4, a quo pendet Guichenon I, 36 et ni fallor etiam Spon n. 16, ex hoc per Bimardum Mur. 678, 8); Freheri (apud Grut. 385, 4); Hentzneri itin. p. 60. Ex his Orell. 261 = 64. 1 om. Freh.; SEXTO Boiss. Hentzn., SEX · Spon Mur. ex corr. — 3 IIIIII · VIR AVG Boiss., IIIVIR AVC Hentzn., IIIIIVIRO · AVGV Freh., IIIIIVIRO · AVG Spon. — 4 IERIA CASTVLA Boiss. Spon, FRIA CASTV Freh., ERIA COSTV Hentzn.

87 Genevae rep. 1722 m. Apr. in fundamentis monasterii *Abauzit*, non Aventici, ut ex cod. Zolleri p. 272 notat *Haller* II, 272. Extat in museo.

G · ARS · MARCIANO P	*G(aio) Ars ... Marciano op-*
TIMO IVVENI ET PIENTIS	*timo iuveni et pientis-*
SIMO OFFICIO INTER CON	*simo, officio inter con-*
VICANOS SVOS FVNC	*vicanos suos func-*
TO AEDIL HVNC MIHI	*to aedil(itatis). Hunc mihi*
INIQVE INIMICA MANVS AB	*inique inimica manus ab-*
TVLIT CONIVGEM CARVM	*tulit coniugem carum*
ET PARENTIBVS INFELICISSI	*et parentibus infelicissi-*
MIS POST CETEROS VNI	*mis post ceteros uni-*
CVM NATVM · ATIS · MARA COIVG AMAN	*cum natum. Atis... Maria coiugi aman-*
TISSIMO ET MERENTISSIMO	*tissimo et merentissimo.*

Descripsi et contuli. Ed. Abauzit in ed. Sponii 1730 n. 8 p. 376; Pococke p. 80; Orelli 259 = 62.
Dabo integram v. l. diligentissimi et peritissimi Abauziti in lapide sane difficili, cuius angulis hodie paullum effractis v. 2. 5. 8. 10. 11 prima, 10 postremum elementum laesum effractumve est. — 1 AROS Ab. — 10 hodie est CV/NTVM. — ATISAARA CONVG Ab.

89 Genevae in pariete cathedrae [*l.* cathedralis eccl.] *Stumpf*; ad S. Petri *Grut. Spon.* Extat adhuc ibidem.

r AICCIO · T · FIL
v)L · FRONTONI
ii VIR · AERARI
R EX TESTAMEN

Descripsi et contuli. Stumpf cod. 47 p. 93, ed. VIII, 25; Guillimann. p. 87; Grut. 495, 8 e Scaligeri et Olympii schedis; Guichenon I, 36 a prioribus; Spon n 36; Mur. 768, 7 a Bimardo; Orell. 258 = 61.
Cum antiquissima quaeque exempla ut Stumpfianum (scriptum, non editum) et Gruterianum ne litteram quidem amplius habeant, apparet quae hic illic adduntur proficisci ex supplemento.

---

90 Genevae in foro olitorio in aed. publicis *Grut.* au Molard au pied de l'escalier de la maison des Halles *Cit. de Gen.* Vidit adhuc eodem loco *Abauzit* (oeuvres II, 107), qui notat errare Sponium cum periisse dicat. Hodie an extet, dubito.

D · IVL · D · F · VOLT · CAPITOI
AVGVRI · II · VIRO · AERAR
FLAMINI · MARTIS · TR
MILIT

Grut. 421, 6 e Boissardi et Commelini schedis; Cit. de Genève p. 27. A prioribus Guichenon I, 36; Spon n. 26; Orell. 257 = 60. Abauzit vidit (oeuvres II, 107), non edidit. Grut. 1. 2 extr. puncta posuit, Cit. nusquam. — 1 CAPITO... Gr.
Conferendus est titulus Viennae Allobrogum repertus, descriptus a Chiffleto (inde Gud. ms. 714, 1, quem codicem male expressit Gudii editor 128, 1) et Chorierio hist. Vienn. p. 496* (quem perperam exscripsit Spon misc. p. 203). Repetam duo exempla et adscribam quod mihi videtur in lapide fuisse.

Chifflet:	*Chorier:*	*lege:*
D · IVL · D · FVCI	D · IVL · D · FIL	D · IVL · D · F · VOL
CAPITONI	CAPITONI	CAPITONI
FLAMI VEN · III · VIR	FLAMI · VIEN · IIIVIR	FLAM · IVEN · IIIVIR
LOC · PVBLIC · PERSEQ	. . . PVBLIC · PER	LOC · PVBLIC · PERSEQ
III · VIR · AERAR....	. . . IVIR · AERA...	II VIR · AER · AVGVRI
PRAEF · FABR · TRIB	PRAEF · FABRV...TRIB	PRAEF · FABRVM · TRIB
MILIT..... DIV...	MILI · L	MILIT · LEG....ADIVTR
GEN.....	GEM	CENSITORI
FOEDERATAE	REMI FOEDERATA...	REMI · FOEDERAT
REMI · PVBLIC	D · D · D	PVBLICE
D · D · D		L · D · D · D

Eidem homini utrumque titulum positum esse apparet; posterior est Viennensis, in quo comparent honores qui desiderantur in Genevensi IIIviri l. p. p., praef. fabrum, censitoris. Flaminatus Martis sive iuventutis sic dictus est ut distingueretur ab altero Viennensi divi Augusti sive Augustali. — Ceterum confer quae notavi ad n. 83. 84.

91 litteris optimis (P aperta) et magnis. Genevae, en la muraille nouvelle auprès de la Corraterie en dedans *Bon.* extra portam monetalem *Gul. Grut.* dans les murailles de la ville en dehors vis-à-vis de la Corraterie *Spon.* Nunc in museo publico.

T · IVL T · FIL · CORN · VALERIANO
PATRONO · COLON · IIVIR · AER · IIIVIR
LOCOR P PERSEQVENDOR · TRIB · MILIT
LEG · VI · VICTR PRAEF FABR V · FLAM · AVG
PONTIFICI
IVLIA · T · F · VERA · PATRI OPTIMO

Descripsi et contuli. Bonivard chron. I, 116 pessime; Symeon obs. ant. p. 94; Lips. p. 51 a Paulo Gulielmio; Grut. 398, 6 a Gulielmio, Simeonio, Boissardo, Frehero; 425, 7 ex Simeonio et schedis Commelini et Boissardi; Cit. de Gen. p. 27; Hentzner p. 61; Guichenon I, 36 ex Lipsio; Spon n. 12; Abauzit in ed. Spon. 1730 p. 386; Orell. 256 = 59; Amati p. 246.
4 pro FABR V Gul. in exemplo ceteroquin optimo et longe meliore quam est Symeonianum posuit AER V ex interpolatione, quam recepit Hentznerus.

---

92 Genevae intra eccl. cathedralem *Grut. rel.* ibidemque adhuc extat.

Q · STARDIVS · MACER
C · STARDIVS · PACATVS
C · ALBVCIVS · PHILOGENES
C · STATIVS · ANCHIALVS
C · NOVELLIVS · AMPHIO
P CORNELIVS · AMPHIO
IIIIII VIRI

Descripsi et contuli. Grut. 194, 8 ab Olympio ac Boissardo (inde Guichenon I, 36, ex hoc rursus Mur. 746, 7); Spon n. 15; Orell. 260 = 63; Blavignac mém. de Genève VIII, 2 pl. 1 n. 5.
6 praenomen fractum omittunt omnes, excepto Blavignaco, qui dedit c.

---

93 Genevae in collegio *Gr.* ubi adhuc extat.

. . . . . .
. . . XTI · FILI
. . . . *RI* NAE
. . . *MINI* CAE
. . . *MA* TERNAE

Contuli. Grut. 897, 19 a Frehero, a quo pendent reliqui: Guichenon I, 38 ex Grut.; Spon n. 17; Orell. 262 = 65.
Litterae inclinatae hodie evanuerunt.

94 Genevae ad turrim ferream *Grut.* sur le puits du four de fer *Spon.* Nunc in museo.

M · CONNÍ · SECVNDÍ
M · IVLIVS · MÁRCIÁNVS
FRÁTRÍ

Descripsi et contuli. Grut. 847, 2 a Boissardo; Spon n. 6 (inde per Bimardum Mur. 1455, 4); Orell. 294 = 97.

95 Genevae rep. in episcopio demoliendo *Ferr.* Extat in museo.

C · CRAXSIO
VOLT · HILARO
ANNOR · XXV
VITALIO · PATER
FILIO · KARISSIMO

Descripsi et contuli. Ed. Ferrucci mém. de la soc. d'hist. de Genève I (1841) p. 213.

96 Genevae au bourg-de-Four chez M. Sarrazin *Spon.*

M · IVL · MARCIANVS
SIBI · VIVOS · POSTERISQ
SVIS · FECIT

Spon n. 7 (inde per Bimardum Mur. 1696, 10). Orell. 295 = 98.

97 rep. ad Carouge prope Genevam una cum n. 78 q. v.; extat ibi in eccl. catholica intus.

D M
D I V L I O D
IVLI FESTI
FIL VOLT MOD
ESTINO PATRONO
PIETISSIMO LIBRI
EIVS CRAVERI sic

Contuli. Grillet dict. II p. 4; Salverte notice p. 22; Orell. 5029 = 100 a Levadio; Bonivard chron. I, 523 inter additamenta editoris.

98 Genevae intra aedem cath. et *Gruteri* tempore extitit et nunc extat.

Q · IVLIO SERGIO
MEMORIAE
EIIVS FVLLON·
*IV*STINVS ET · E
*R*ENTIA · BELATVL
LA ET IVL · MACR
*IN*VS PATRONO
*H*ERED · FACIN
*D*VM CVRAVER

Descripsi et contuli. Grut. 943, 3 e Scaligeri et Olympii schedis (ex Grut. Guichenon I, 38); Hentzner p. 60; Spon n. 9 (inde per Bimardum Mur. 1543, 2); Orell. 287 = 91; Blavignac mém. de Genève VIII, 2 pl. I n. 4.
Primae quaeque litterae non perierunt, sed latent in pavimento; referuntur tamen a Grut. Hentzn. Spon. Blav. sine v. l.

99 Genevae in superiore parte templi S. Petri *Grut.* dans le mur de S. Pierre du côté des degrés de Poule *Spon.*

D · M
*et qu*IETI · AETERNAE
*ma*NSVETINÍAE · IV
*sti*NAE · LIBERTAE
*ha*RISSIMAE · ET · CON
*iug*I · INCOMPARA
*biti*FEMINAE · SAN
*cti*SSIMAE · C · MA
*ns*VETINIVS · PA
*ter*NVS · PATRO
NVS

Grut. 957, 7 e Scaligeranis; Spon n. 35 (inde per Bimardum Mur. 1547, 13); Orell. 284 = 88.
2 ... I · ET · AETERNAE Grut. — 5. 6. 7. 8 supplementa quasi ex lap. dedit Grut.

100 Genevae supra portam quandam prope aedem maiorem S. Petri *Grut.* sous la halle de l'auditoire *Spon.* à la maison Pictet *Ritter.* Nunc in aed. Martin.

L · NAMMIO
NVMIDAE

Descripsi. Grut. 919, 2 a Frehero (inde Guichenon I, 38); Spon n. 34 (inde per Bimardum Mur. 1715, 10); Hagenbuch cod. 284 p. 289 a Rittero; Orell. 293 = 96.

101 basis magna. Genève tr. en 1700 *Spon.* Nunc in museo.

D M
PALLADIO
POLITICE · SOCERA · F · C
GENERO·PIENTISSIMO

Descripsi et contuli. Ed. Abauzit in ed. Spon. 1730 n. 6 II, 375; Pococke p. 79; Orelli 289 ed. 1; om. in ed. 2.

---

102 Genevae rep. 1711, postea in curia *Ab.* Nunc in museo.

C SEGELLIO TERRENO
HER
EX TESTAMENTO

Descripsi et contuli. Abauzit in ed. Spon. 1730 n. 7 II, 375; Pococke p. 79; Orelli 290 = 93.

---

103 Genevae rep. a. 1752 in eccl. cath. *Senebier*; ubi adhuc extat.

D M
VALENTINI
ASPRIA · VE
RECVNDA
MARITO · PI
ENTISSIMO
P · C

Descripsi et contuli. Ed. Senebier journal de Genève 11 juin 1791 q. n. v.; Blavignac mém. de Genève VIII, 3 pl. I n. 3.

---

104 Genevae, tr. dans les fondemens d'une vieille maison aux Rues-basses *Ab.*

ALERIO KANI
OLKANO FILI

Abauzit in ed. Sponii 1730 n. 4 II, 374. Orelli 288 = 92.

---

105 Genevae ad castellum S. Gervasii *Grut.* dans la muraille de la septième classe du collège *Ab.* Nunc in museo.

SEX · VCCIO
SECVNDO
ALBVS · FRATR *sic*
D S · D

Descripsi et contuli. Grut. 853, 4 a Boissardo; Hentzner p. 61; Abauzit (Sponius enim omiserat) in Sponii ed. 1730 n. 5 II, 374; Orelli 291 = 94.

106 Genevae prope templum Gervasii *Grut.* au collège *Sp.* Nunc in museo.

M EMORIA *E*
AE TERNAE
VERR VERVLA*E*
COL*VS* A*ESTVRD*
CON*IVGI* INCO*M*
PARABILI · F · C
ET SVB ASC·DED

Descripsi et contuli. Grut. 839, 8 a Boissardo vv. male div.; Hentzner p. 60; Spon n. 18 (inde per Bimard. Mur. 1418, 6); Orelli 285 = 89.
Quae non vidi, dantur litteris inclinatis. — 3 om. H. — 4 COLVSAETVTVS Gr., COLVSASTVTVS H., COLVSAESTVRD (non COLVSSAESTVRD) Spon. — 5 CONIVG· H. — 6 PARABIL · P · C · Gr. — 7 ASCEDEO H.

---

107 Genevae ad S. Petri muro inclusa *Grut.* ibidemque adhuc extat.

*C*AL VERN*A*E
*VE*R VERVL*A*
*FI*L PIENTIS*s*
P C
S A D

Descripsi et contuli. Ed. Grut. 713, 11 a Scaligero; Spon n. 19; Orelli 286 = 90.
Litterae inclinatae hodie plus minus evanidae dantur a Grut. et Sponio sive ex lectione sive ex coniectura.

---

108 Genevae in collegio *Spon.*, ubi adhuc extant haec fragmenta.

a ⟨VLIV⟩
b ⟨VLI/⟩
c ⟨IL RV⟩
d ⟨R V M⟩
e LICIV
f LAR
g LTOTRNILR

a—d litteris pulchris et magnis.

Descripsi. Ex his fluxerunt Sponiana n. 13 (inde Orelli 252 = 55) quae sic leguntur et supplentur: C·IVL... IVLIA — *a*RATRV*m circumduxerunt m*VRV*m aedificauerunt.*

109 Genevae, près de S. Germain *Spon.*

DIIS MANIB
SEX M.....
ATRO . . . VI .
SAGAR . . . NI . .
NARCISSVS . . AN . .

Spon n. 37, inde per Bimardum Mur. 1771, 8. Orelli 283 = 87.

110 Genevae in museo, evanida tota.

D VII · ::T
VVRED////IXTV

Vidi.

111 Genevae, fragm.



Blavignac mém. de Genève V p. 90 pl. II.

IX. COLONIA IVLIA EQVESTRIVM sive NOVIODVNVM *(Nyon).*

Inter fines Helvetiorum et Allobrogum, Caesar (b. G. I, 6) inquit, *Rhodanus fluit; extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava.* Postea sive ab ipso Caesare sive a IIIviris reipublicae eonstituendae sive ab imperatore Caesare Oetaviano ante a. u. e. 727, quo Augusti nomen adsumpsit (nam ex tribus his ratiocinationibus aliquam hie loeum habere arguit simplex eoloniae appellatio Iuliae) inter fines Helvetiorum et Allobrogum interposita est eolonia Iulia Equestrium nomine Romano sive Gallieo Noviodunum, quam ad exemplum Lugudunensis eoloniae eiusdem fere aetatis ita eonstitutam esse apparet, ut non insereretur vel praeponeretur alieui civitatium Gallicarum, sed ipsa per se territorium haberet ex illis exemptum et inter Helvetiorum et Allobrogum eivitates medium. Quod longe secus observatur in eoloniis postea deduetis, ut in Aventieensi, eui attributa est Helvetiorum eivitas universa. — Ad fines coloniae quod attinet, nullam Allobrogici agri partem Equestribus eontributam esse et faeile intelleget qui quae tum fuerit Allobrogum adversus Romanos eondieio non ignorat, et probant lapides Genavenses, qui vieum hune eertissimis argumentis Viennensibus attribuunt. Contra Helvetii, postquam bis victi sunt a C. Caesare, reete agri parte extrema multari potuerunt, ibidemque eonstituta est nova haee colonia. Quare quidquid interiaeet inter Rhodanum amnem et Noviodunum, et his argumentis duetus et propter ipsorum lapidum quaedam indieia eum Noviodunensibus eoniunxi. Genavae lapides qui reperti sunt, separandi fuerunt; nisi quod antiquos redemptores neseio euius aedifieii unum eerte lapidem seriptum n. 115 Novioduno areessivisse eonstat, unde plaeuit alterum quoque n. 120, quem olim Novioduni stetisse minus eertum quidem est sed tamen probabile, exemptum ex Genavensibus ad hoe eaput referre. — Ab altera parte Eburodunum versus et Lousonnam quibus loeis steterint termini inter Noviodunenses et Helvetios, equidem plane ignoro, sed ut in re ineerta Noviodunum revoeavi titulos singulos repertos in vicis Viney et S. Prex,

112 trouvée à Vincy [près de Rolle] parmi les ruines du vieux château *Schoepfl.*

I · O · M
IVLIA · PV
SINNA
FLAM · AVG
V · S · L · M

Mur. (1742) 1991, 6 auct. non ind.; Schoepflin ad Hagenbuch. ep. ms. 1744, 32 ara delineata; Bochat II, 444. 491; Orelli 320 = 124.

113 piedestal de bronze de 2 pouces et 3 lignes mes. de Berne, rond, plat au-dessus. V. 1. 2. 3 in summa basi scripti sunt, 4. 5 in margine. — tr. dans une vigne de S. Prex. Extat hodie Genevae in museo.

LIBERO PATRI
COCLIENSI
P · SEVERIVS
LVCANVS
V·S·L·M

Descripsi. Mercure Suisse Sept. 1745 p. 284, Oct. 1745 p. 382; inde reliqui: Bochat II, 430; Haller I, 13 = 15; Donat. 24, 3 a Sam. Schmidt; Orelli 329 = 134. — Orellio suspecta visa est neque ego aliter iudicaram ante quam viderem. Est enim et ex genere eo, quod facile fingi potuit, et cur fingeretur intellegebatur et proficiscebatur ab auctore incerto, de cuius fide non constabat. Suspicio iusta, imo necessaria iam depulsa est.

114 sur le devant de la gaîne d'un buste de Mercure haut 5 décim., de pierre calcaire assez ressemblante a l'albâtre, trouvé à Nyon en creusant les fondemens d'une maison au bord du lac.

MERCVR
V · S · L · M
OCCELLIO

Parent cod. Sol. p. 116.

115 Genevae *Sym. Tsch.* (certe in cd.) *Siml.* en la muraille nouvelle auprès de la corraterie en dedans *Bon.* ad portam monetalem muro inserta *Grut.* dans les murs de l'hôtel de ville du côté de la treille près la porte *Cit. de Gen.* proche de la porte dc la Correrie *Guich.* in muro eccl. S. Petri vidit *Spon* ibidemque adhuc extat. — Novioduno allatam esse Gencvam non dubium est; sed illo loco nemo auctorum vidit.

IMP CAES M
AVRELIO
ANTONINO
PIO·FELIC·AVG
PONTIF · MAX
TRIB · POTEST p. Chr. 218
COS
CIVITAS
EQVESTRIVM

Descripsi et contuli. Symeon César renouvellé f. 30 *b*; Bonivard chron. I, 115; Tschudy cod. 105 f. 102 ed. p. 173; Simler cod. 102 f. 36; Guillimann. p. 77 (inde Grut. 258, 10); Grut. 258, 9 c schedis Scaligeri, Olympii, Commelini; Cit. de Genève p. 25; Hentzner p. 60; Plantin p. 228; Guichenon I, p. 35 q. v., sed praetcrea ex Guill. et Plant. dedit; Spon n. 32 (inde per Bimardum Mur. 1045, 7); Orell. 306 = 110.

2 hodie E non videtur. — Lectio certa est. Interpolata lectio, quae proficiscitur a Guillimanno textus Tschudiani corruptore receptaque est a Plantino, Grutero 258, 10, Orellio, habet 6. 7 TRIB · POTEST · XVI · COS · III; scilicet non intellexerunt non M. Aurclii fratris L. Veri esse, sed Elagabali.

116 à Gnum [i. e. Nyon] village entre Losanne et Genève *Sym.* Novioduni *Lips. rel.*, 'in der statt zu Nevis ein inscriptio underobsich gekeret' *Tsch.* 'au quartier de Rive ou de la ville basse, attachée à la muraille d'une boutique et couvertc cn partie d'une masson-nerie; ce qui en paroît est très bien conservé et d'un gros caractèrc d'une beauté admirable' *Ruch.*

D · IVL · L · F · VOL · RIPANO
CAPITONI · BASSIANO
EQVO · PVBLICO · HONORATO
PRAEFECT · FABRVM
TRIB · MIL · COH · I · GALL · I · hiSP
L · IVL · BROCCHVS
VALER · BASSVS
FILIO

Symeon César renouvellé f. 47 *a*; Simler cod. 102 f. 37; Tschud. cod. 105 f. 101 ed. p. 171; Lips. p. 33 a Paulo Gulielmio. Ex his pendent posteriores: Guillimann p. 76 ex Tschudio aperte; Grut. 425, 6 ex Lips. et Guill.; Spon Gen. n. 25 misc. p. 258, acceptam referens Iacobo Flournoy Gencvensi, qui tamen descripsisse putandus est ex libro Guillimanni; Orelli 313 = 117. Unus Ruchat hist. ms. I, 3, 40 accurate descripsit quae potuit videre; quae rectis litteris exprimi iussi.

Praeter Ruchatianum imperfectum tria exempla extant Simlerianum optimum, Gulielmianum, Symeonianum. — 1 sequor Siml. Tsch.; ..... RIPANO Sym., D · IVLI · F · VALERIANO Gul. — 2 CAPITONI Gul., CAPITONI Siml. Tsch., CAPITON Sym. — 3 AEQVO PVBLICO COHONORATO Sym. — Nexum O servant Siml. Tsch. Ruch. — 4 T maiorem servant Siml. Tsch. Gul. — 5 GAL · HIIBSP Siml., GAL Tsch., GAL || I//////I/////// OP Gul., GALLICANAE .... Sym. Quod dedi, factum est ad lectionem Simlerianam neque de numero ambigi potest, postquam tribunos militum in solis primis cohortibus auxiliariorum inveniri docuit nos Henzenius.

Confer patris titulos n. 83. 84, unde apparebit hunc et Novioduni gessisse honores et Viennae, cuius eum civem fuisse arguit tribus.

117 zwischend Versois und Genff an der rechten seyten des Sees an der Straassen *Stumpf* et qui Stumpf. sequuntur. Inde a. 1590 adlata Genevam *Spon* ad n. 23; ubi sub horologio Molardi viderunt *Cit. de Gen.* et *Sp.* Nunc in museo.

D M
L AVR REPERTO IVVEN/
ERVDITO CAVSIDICO
BIS CIVI VALLINSAE
ET EQVESTRI DEFVN/
TO ANNORVM XVIII/
FILIO PIENTISSIMC
AVREL RESPE/TVS
PATER PONENDVM
CVRAVIT

Descripsi et contuli. Ante me ter, quod sciam, ex lapide excepta est: a Stumpfio cod. 47 p. 94, ed. VIII, 24 (inde Tschudy cod. 105 f. 13 manu 1; Vind. f. 28. 75; ed. p. 172. 363; Simler cod. 102 f. 38. 76, descr. Vales. f. 1; Guillimann p. 439 aperte ex cod. Tschudiano; Boissard ant. IV — 1598 — p. 50; Grut. 652, 4 e Simlero et schedis Commelini; Guichenon I, 38 a prioribus); ab amico Simleri, fortasse Pithoeo, a quo proficiscuntur emendationes manu secunda scriptae in cod. Tschud. 105 f. 13; denique a cive Genevensi p. 26. Sponius n. 22 vidit lapidem, sed lectionem concinnavit ex priorum auctorum typis inter se collatis, donec simplicem Stumpfianam revocaret Abauzit. Orelli 312 = 116.

De varia lectione quaedam monere non inutile videtur. — 2 REPERTO ego certissime deprehendi idemque legit amicus Simleri; RESPECTO Stumpf; LIBERTO civ. Gen. — 2 IVVEN St., civ. Gen., ego; IVVENI amic. Siml. — 4 VALLENSAE civ. Gen., VMLINSAE am. Siml., VALINSAE St. — 5 IOVISTRI St. — DEFVN ego et civ. Gen., DEFVNC am. Siml., DEI · VNC St. — 8 AVRELIVS RESPE TVS, fere ut ego, civ. Gen.; L·AVREL RESPECTVS St., sed praenomen non adfuit umquam

118 à Prangins (prope Nyon) sur un marbre blanc, enfoncé dans une muraille *Ritter*; vidi ante castrum muro immissam·

C · IVL · C · F · VOLT
SEDATO
$\overline{\text{II}}$VIR · ITERVM
FLAM AVG
L · IVL · CAPITO · AM^{1}Co
OPTIMO

Contuli. Extabant ante duo exempla: Tschudianum cod. 105 f. 101, ed. p. 171 vel Simlerianum cod. 102 f. 37 (quod exceptum esse a Petro Pithoeo arguit epistola eius d. 14 kal. Sept. 1570 scripta ad Simlerum cod. Turic. F, 60 ep. 572, propagatum est ad Guillimannum p. 87; Grut. 424, 11 ex Guill.; Sponium n. 27; Mur. 167, 2 a Bimardo i. e. ex Sponio; Ruchatum hist. ms. I, 1, 78); item alterum ab I. Rittero medico Bernensi confectum missumque a. 1736 ad Hagenbuch. cod. 286 p. 86. Orelli 317 = 121.

Lapidem evanidum priorum exemplis adiutus perlegere et emendare potui, nisi quod 6 litterae IMO vix apparebant.

119 Novioduni, dans une muraille du cimetière *Plant.* hodie in ecclesia septentrionem versus.

protome viri
C · LVCCONI · CO*r*
TETRICI · PRAEFEC
ARCEND · LATROC
PRAEFECT · PRO IIVIR
IIVIR BIS FLAMINIS
AVGVST

Contuli. Plantin. 1666 (deest in ed. 1656) p. 514. Spon n. 44 (inde per Bimardum Mur. 167, 4). Délices de la Suisse p. 216, ex his per Gnocchium Donat. 80, 7. Ruchat hist. ms. I, 3, 38 q. v. Levade p. 224. Orell. 311 = 115 ab aliis et Troyono. Amati p. 232.

120 auprès du boulevart de Rive *Bon.* in Genf in der wand bey der porten genannt Riva *Stumpf* similiterque *Grut. Cit. de Gen. Spon.* Nunc est ibidem in aedibus Martin. — Novioduni nemo testium vidit et potest sane antiquitus etiam stetisse Genevae; sed tamen placuit coniungere cum Noviodunensibus.

ANNOR · XII
L · PLINIO
FAVSTI · FIL
SABINO

C · PLINIO · M · F · C*or*
FAVSTO
AEDILI $\overline{\text{II}}$VIRO *col*
IVL · EQ · FLAMIN *i aug*
C · PLINIVS ❦ FAV*stus*
VIVOS ❦ P*on*
C

Descripsi. Bonivard chron. I, 116; Stumpf cod. 47 p. 93, ed. VIII, 25 (a quo pendent Tschudy cod. S. G. 1083 p. 74; cod. 105 f. 102; ed. p. 173; Simler cod. 102 f. 36 ex Tsch., f. 64 ex Stumpfio; Lips. p. 42 a Paulo Gulielmio i. e. ex Stumpfio; Guillimann p. 73, qui Tsch. male exscripsit; Haller I, 11 = 13. II, 210); Grut. 454, 4 e Scaligeri et Commelini schedis; Cit. de Gen. p. 27; Plantin. Helv. p. 229; Guichenon I, 36 ex Grut. et cive Genev.; Spon n. 23 (inde per Bimard. Mur. 1111, 2); Beaumont I, 1 p. 133 qui vult vidisse; Orell. 308 = 112.

Antiquissima quaeque exempla ut Bonivardi Stumpfii Gruteri civis Genev. in lacunis cum accurate consentiant cum eo quod ipse confeci, supplementa esse docent quae Tschudius addidit secundo titulo 1 COR (C·N· cod. S. Gall.), 3 COL, 4 FLAMINI, 5 FAVSTVS (FAVSTVS·F cod. S. G.); quae omnia in autographo S. G. extra lineam videntur adscripta. Ibidem ad v. 6 ONENDVM, ad 7 VRAVIT adscriptum est.

121 Versoix in porta *Tsch.* 1538 *Stumpf Sym.* anno 1590 allata est Genevam *Spon* ad n. 23, ubi viderunt 'vers l'horloge du Molard' *Cit. de Gen. Spon.* Nunc est in museo.

D · VALERIO · ASIATICI · LIBE R̄
SISSI · IIIIĪ · VIRO · COL · EQ *sic omnia*
EX · T

Descripsi et contuli. Citat primus Tschudius in libro ed. 1538 f. 134. Referunt Stumpf cod. 47 p. 94 ed. VIII, 24 (ex hoc Tschudy cod. 105 f. 13. 112. Vind. f. 28 ed. p. 172. 228; Simler cod. 102 f. 38. 64; Lips. p. 22* a P. Gul.; Guillimann p. 87); Symeon obs. ant. p. 93; Grut. 478, 3 ex Lips. et Sym.; Cit. de Gen. p. 26; Spon n. 21; Orell. 309 = 113.

---

122 à Nyon en la ville dessous une banque de boutique *Pith. ap. Hub.*, item *Tsch. Siml.* à la muraille de la cour de M. Rochmondet ballival à Nyon *Ruchat* hist. ms.

. . . . . DE . . . .
. . . . . CORN . . . . .
. . . . . NTABRO . . . . .
CVR·C·R·CONVEN . . . . . .
5 HELVETIC·II·VIRO . . . . . .
IVLIAE·C·FIL·MARCEL . . .
CORNELIAE·Q·F . . . . . .
MARCELLAE

Extant duo exempla:

1) Petri Pithoei, qui dedit Basilio Bonifacii f. Amerbachio Basileensi, ex cuius schedis descriptum misit Hagenbuchio Huber (Hagenb. ep. ms. 1739, 14). Idem accepisse apparet Tschudium cod. 105 f. 101 ed. p. 171 (unde sumpsit male Guillimann p. 86, quem expressit Grut. 497, 5) et Simlerum cod. 102 f. 37, ad quem de ea re extat Pithoei epistola (cod. bibl. civ. Tur. F, 60 ep. 572). Ex hoc exemplo pendet Mur. app. 6, 2.
2) Ruchati q. v., quod acceperunt et auctor cod. C 220 et Hagenbuchius cod. 286 p. 33 (ex autographo Ruchati) et Bochatus III, 610, posuitque ipse in hist. ms. I, 3, 39. Bochatus tamen non expressit Ruchatianum exemplum, sed Pithoeano ex illo quaedam intulit. Ex Ruchati apographo fluxerunt Haller II, 206 cf. I, 12 = 14; Orell. 310 = 114.

Dabo v. l. Pithoei secundum Huberum et Simlerum plane consentientes, Ruchati secundum cod. 220 et Hag. et hist. — 1. 2 om. Pith.; . . . DE . . . . . CORN uno versu Ruch. (DE om. in hist.) — 3 NTABRO Pith., TARRO cod. 220 Hag., FABRO Ruch. hist. Boch. — 4 . . VR C · R Pith., CVR · GR Ruch. (in hist. est CVR*at*GR). — 6 C · FIL Ruch. hist., Q · FILIAE Hag., C · FILIAE cod. 220, GELL Pith. — MARCELLAE Ruch. — 7 Q · FILIAE Hag. Ruch. hist., FILIAE (om. Q) cod. 220. — In punctis ponendis meum arbitrium secutus sum.

123 Céligny prope Coppetum *Grut.* dans la muraille de l'église, ayant servi autrefois de benêtier *Sp.*

D · M
CORNELĪ
BILCAISIONIS
FIL
5 PVBLICIA
PERPETVA
CONIVGIS · IN
COMPARA
BILIS

Grut. 775, 6 a Guldinasto; Spon n. 46 qui videtur vidisse; Orell. 316 = 120.
2 CORNELIO Sp. — 3 BIICAISIONIS Gr.

---

124 Coppeti in pariete aedium privatarum *Stumpf Tsch. Grut. Spon.* Nunc est Genevae in museo.

D M
PHILETI BRIT
TAE ANNORV*M*
XXIIII DEFVNCT
5 ƀOSS CLAVDIA
NVS FILI VNICI
ET PIISSIMI
P · C
SVB · ASC · DED

Descripsi. Stumpf cod. 47 p. 94, ed. VIII, 24 (inde Tschudy cod. 105 f. 13. 101 ed. p. 171; Simler cod. 102 f. 38 qui emendavit ex coni.; Plantin. Helv. p. 241 ex Siml. et Stumpfio; Boissard. antiq. IV 1598 p. 50; Grut. 700, 10 a Commelino; Haller II, 211). Spon n. 45 qui descripsit (inde per Bimard. Mur. 1200, 4). Donat 372, 7 = 386, 8 ex schedis Gnocchii. Orell. 297 = 101. Amati p. 240.
Quae 1. 3. 8. 9 inclinantur litterae aut evanuerunt aut latent hodie. — 5 DOSS · mihi satis certum visum est; /OSS · St., o Spon. — 9 ASCIA St.

---

125 Novioduni *Maff. Schoepfl.* dans la maison de M. de Crassy *Ruch.*

P · SAEDIVS · HOSPES
SEX·IVL·PHILARGVRVS

Maffei M. V. 420, 6; Schoepflin apud Hagenbuchium epist. ms. 1744 ep. 32, cod. 286 p. 65; Ruchat hist. ms. I, 1, 61; Levade p. 225 ex Ruchato; Orelli 315 = 119.
2 PHILAGVRVS || . . . . . Levade, non Ruch.

126 dans un mur de la ferme du château de Bon-Mont au-dessus de Nyon, marbre jurassique.

C ANTIS
RDOVNTI
PLOGIV..CA
INI-IOR .... D
CINFDI.. N
C · ANTISD.....
RIFV..
FILIO VN.....
FA IDRINITI

Troyon misit 27 Mart. 1850 (Corr. der a. G. VII, 201). Pauca intellego ut in fine FILIO · VNICO · PATER · INFELICISS.

127 Novioduni 'au château sur un portel' *Pith.*

NIE PRIMVS
ECENAOVIL//
ECENAMBILO
ERIEM

Pithoeus Amerbachio dedit (inde ex schedis Amerb. bibl. Basil. Huber misit Hagenbuchio ep. ms. 1739, 14). Idem exemplum acceptum ab ipso Pithoeo (v. eius epist. ad Simlerum a. 1570 cod. Tur. F, 60, ep. 572) expresserunt Simler cod. 102 f. 37 (ex hoc codice Plantin. 1656 p. 240) et Tschudy ed. p. 171. Orell. 314 = 118.

1 NIE Tsch. Siml. — 3 BIL (pro BILO) iidem. — 4 E'RIEM Siml., ETRIEM Tsch.

X. LOVSONNA *VICVS HELVETIORVM (Lausanne).*

Acc. Vevey et S. Saphorin.

128 gefunden am Toleure in der Gem. Bière, jetzt im Landgut le Jardin bei Lausanne *Vulliemin* Waat I, 73. nuper rep. *Lev. mém.*

CAESIA VEGE
TA · APOLLINI
sic V · V · S · L · M

Contuli. Levade mém. de Laus. III, 70 ab Exchaqueto; dict. p. 18. Orell. 322 = 126 ex Levadio et a Troyono.

129 'l'an 1719 comme on creusoit dans la campagne du Bois de Vaux [prope Vidy], on y déterra divers monumens fort curieux de l'antiquité, plusieurs médailles, et deux cercueils de pierre avec des inscriptions. On trouva dans l'un qui était le plus grand des deux, le corps d'un homme si bien conservé, qu'il avoit encore ses cheveux qui étaient rouges, et de fort belles dents. Il y avoit du côté du corps une lampe sépulcrale de terre cuite, rouge, fort proprement faite, avec quelques médailles. Elle porte l'empreinte de l'ouvrier et le nom FORTIS en beaux caractères qui paroissent du bon siècle, mais elle a été rompue en deux et je n'en ai pu voir qu'une pièce' *Ruchat*, a quo pendent reliqui.

IN HONOREM D *omus diuinae*
DEO APOLLINI CA
BELA*t*VL*l*I CONIVX *rota*
NIS VRI SVI V·S·M

Ruchat hist. ms. I, l. 3, 10*b*; Bochat III, 544 (inde Haller II, 220) a Ruchato; Levade p. 344 eodem exemplo neque tamen ex Bochati libro descripto; Orell. 325 = 129.

1 I.. Lev. pro IN. — 3 BELAIVLII traditur. — 4 ...TIS Lev. — V · S · L · M Boch. Lev.

130 'marbre d'un pied de long, sur une égale hauteur, faisant partie d'une frise de corniche, assez bien conservé; trouvé au Bois-de-Vaud en 1804 et donné à la soc. d'émulation publique de Lausanne par M. Joseph' *Gély*. Hodie videtur interiisse.

C · IVLIVS · TOCCAE
F·RVFVS·A·Q·M

Gély notices d'utilité publique (Laus. 1805) I, 222. Inde videntur pendere Levade dict. p. 345 (cf. Vulliemin Waat I, 50) et Orell. 326 = 130.

2 Gély quas proposuit interpretationes AQ*uarum* M*agister*, AQ*uarum et* V*iarum* M*agister* (ut V insit in M) AQ*uas* M*univit*, non facile quisquam defendet; sed quid subsit, non assequor, nisi forte cogitare licet de dedicatione in honorem Apollinis suscepta.

131 S. Saphorin rep. 1818/9 *Gill.* in ecclesia, in qua restauranda reperta est, adhuc servatur.

FORTVN · REDVCI
L · FL · POTITIANVS
V · S · L · M

Contuli. Gillieron prof. Vivisensis in Schweiz. Geschichtsforscher III (1820) p. 217; Levade dict. p. 285; Orell. 332 = 138 ab al. et Gaudino; Duffoug guide aux env. de Vevey p. 21.

132 tr. le 6 Oct. 1777 à Vevey dans la cour du collège devant l'église de Sainte-Claire *Lev. mém.* Deinde ibi apud Levadium *Lev. Hall.* aujourd'hui dans une des salles de l'hôtel de ville *Duffoug*, ubi adhuc extat.

DEO · SILVANO
L · SPER · VRSVLVS
BENEFIC · LEG · XX

Contuli. Levade mém. de Laus. III, 68, dict. p. 333; Neues Schw. Mus. Zürich 1793 p. 782; Haller I, 22 = 25; Orell. 328. 333 = 123 ab al. et Troyono male; Duffoug guide à Vevey p. 25.
3 in fine nihil deest; puto fuisse LEG · XX || II · P · F.

---

133 'marbre des carrières d'Aigle, trouvé à Vidy près de Lausanne 7 Avr. 1739' *Bochat.* 'trouvé à la campagne du Bois de Vaux appartenante à M. le Bourgmaistre Seigneux, à la tête d'un cercueil en pierre' *Ruch.*

SOLI · GENIO · LVNAE
SACRVM · EX · VOTO
PRO SALVTE AVGVS
TORVM · P CLOD CORN
PRIMVS CVRATOR · VIKA
NOR · LOVSONNENSIVM · II
IIIII · VIR · AVGVSTAL · C · C · R
CONVENTVS · HEL · D · S · D

Descripsi. Mercure Suisse Juin 1739 p. 562, Janv. 1741 p. 12; Hagenbuch ep. ms. 1739, 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15, cod. 285 p. 113; Mur. 1054, 1 auct. non ind.; 2053, 6 a Lamio; Nov. Fior. 1740, 720 a Brukero; Bochat epistol. diss. qua declaratur lapis antiquus Laus. 1741. 4. et mém. III, 537 aere expr.; Ruchat hist. ms. I, 3, 9; Donat. 18, 8. 44, 4 auct. non ind. (sumpsit male ex N. F.); Sinner voy. II, 141; Orell. 324 = 128 ab al. et Troyono; Amati p. 168.

134 rep. a. 1719 'au Bois de Vaux près de Vidy' sepulcro imposita una cum n. 129, ubi vide notam *Ruchati.* rep. Malley a. 1724 notatum est apud *Montf.* et in ipso lapide, qui extat Lausannae in museo.

BANIRA · ET · DONINDA · I"
DAEDALVS · ET · TATO · ICARI · FIL
I SVLEIS SVIS QVI CVRAM
VESTRA AGVNT IDEN *sic*
CAPPO ICARI I

Descripsi; sincera omnino. Montfaucon antiq. Suppl. II (Par. 1724), 236 per Abauz. a Ruchato (inde Mur. 1443, 4 et per Martinum relig. des Gaulois II, 174, Montfauconii exscriptorem, Mur. 1987, 2); Hagenbuch cod. 285 p. 289 (cf. ep. 1739, 10) a Stadlero; Ruchat hist. ms. I, 46; Bochat II, 425 a Ruchato; Haller I, 14 = 16; Levade p. 173; Orell. 327 = 132 ab al. et Troyono.
1 I/ potest fuisse ET. — 3 SVLFIS priores; mihi visum est SVLEIS i. e. *Sulevis.* — 5 fin. I fuerit L potius quam quod priores habent F, quam litteram lapis non admittit.

---

135 rep. Lausannae au Couvalou; extat in museo Troyoni.



Contuli. Orelli .... = 135 a Troyono.

XI. EBVRODVNVM *VICVS HELVETIORVM (Yverdun).*

Acc. Valeyres et Cuarnens.

136 Yverdun rep. 1825 in coemeterio, quod est extra oppidum meridiem versus, extendendo *Corr.* Extat in curia.

MARTI
AVG
C SENTIVS DIADEM
MENVS MEDICVS
V S L M

Contuli. Correvon de Martines in Schweiz. Geschichtsf. VI (Bern. 1827) p. 96 sq. aere expr. (inde Amati p. 216); Orell. 346 = 152 ab Ed. Bibero et Troyono; descripsit F. Dubois.

137 in basi capri aerei rep. Valeyres (prope Yverdun) *Vull.* Extat Lausannae in museo.

DAEO
MERCVRIO
IVL · IVLIANA
V · S · L · M

Ectypon misit Troyon. Amati p. 164; Vulliemin Waat I, 70.

138 Yverdun rep. 1825 in coemeterio extendendo *Corr.* Extat in curia.

in antica:	*a dextra intuentis:*
M E R C ⁘ A V G	DONA · VENIBVNT
I · SILANIVS · CANDIDVS	AD ORNAMENTA·EIVS
NOMINE · SVO · ET	ET · EX ⁘ STIPIBVS
M · SILANI · SABINI	PONENTVR
ET · T · SILVI · SIMILIS	
FRATRVM · SuORVM	
EX · HS · N̄ ĪIIĪ ⁘ Ī ⁘ P · I	
M DOMITIVS MAGNVS	
HERES · PONEND · CVRAVIT	
ET · EO · AMPLIVS ⁘ DE · SVO	
ADIECIT · HS N̄ ∞ CCCC	

Contuli. Correvon de Martines in Schweiz. Geschichtsf. VI (Bern. 1827) p. 96 sq. aere expr. (inde Amati p. 217); Orell. 348 = 155 ab Ed. Bibero et Troyono; descripsit F. Dubois.

2 praenomen videtur fuisse L. — 5 SILVI omnino, non SILANI.

---

139 Yverdun rep. 1825 in coemeterio extendendo *Corr.* Extat in curia.

MERCVRIO
APOLLINI
MINERVAE
TOGIRIX ⁘ METTAF lege: *Metiae f.*
V S L M

Contuli. Correvon de Martines in Schweiz. Geschichtsf. VI (Bern. 1827) p. 96 sq. aere expr. (inde Amati p. 217); Orell. 347 = 153 ab Ed. Bibero et Troyono; descripsit F. Dubois.

---

140 Yverdun in curia.

SVCELLO
IPADCO
V S L M

Contuli. Orell. ... = 154 a Troyono. Descripsit F. Dubois.

1 mihi satis certus visus est. — 2 lege aut IPADCO aut IRADCO.

---

141 Yverdun in curia.

VICTORIAE
IVST · VATTo
V S L M

Contuli. Correvon de Martines Schweiz. Geschichtsf. II (Bern. 1817) p. 166 aere expr., inde Levade p. 362; Orell. 349 = 156 a Troyono; descripsit F. Dubois.

2 VATTo potius quam VALLo.

142 Yverdun rep. 1825 in coemeterio extendendo *Corr.* Extat in curia.

C · FLAVIO · CAMILL /
IIVIR · COL · IEL · FLAMN
AVGVSTI ⁘
QVEM · ORDO PATRONVM
CIVITATIS · COOPTAVIT EIQ
OB MERITA EIVS ERGA REM
PVBLICAM ⁘ SCHOLAM ET
STATVAS ⁘ DECREVIT
VIKANI
EBVRODVNENSES
AMICO ET PATRONO
palmae duae

Contuli. Correvon de Martines in Schweiz. Geschichtsf. VI (Bern. 1827) p. 96 sq. aere expr.; Orell. 344 = 150 ab Ed. Bibero; Amati p. 219; descripsit F. Dubois.

---

143 Yverdun rep. 1825 in coemeterio extendendo *Corr.* Extat in curia.

IVLIAE C ⁘ IVLI CAML
LI FILIAE FESTILAE
PRIME AVG
FLAMINICAE VICINAE
OPTIMAE OB EGREGA
EIVS MERITA
VIKAN EBVRODVN

Contuli. Correvon de Martines in Schweiz. Geschichtsf. VI (Bern. 1827) p. 96 sq. aere expr.; Orell. 345 = 151 ab Ed. Bibero et Troyono; Amati p. 219; descripsit F. Dubois.

3 postea additus est; lege *flaminicae primae Aug(usti), vicinae optimae.*

Pater et filia redeunt n. 179. 192.

---

144 Yverdun. Videtur interiisse.



Orell. 350. 351 = 157. 158 ab Ed. Bibero, cuius schedas reperi in bibl. civ. Turic. Coniungenda esse Orellius non vidit.

2 IX, 4 NI et CVRA/TI, 5 IIDIDIC .. ADIICIIS Biber.

---

145 Iapis longus ped. 7, largus poll. 15; Valeyres (Waat) in aed. Ioh. Petri Baudin *Vull.* sert de seuil de grange *Dub.*

TITI CAPITONI SVRDONIIDONI

Vulliemin Waat I, 90. Dubois Corr. der a. G. IV, 37.

TITIAPITONISVRDIIDONI Dub.

146 Cuarnens prope la Sarraz, dans la muraille du temple neuf.

protomae duae

D M
IVL DECVMIN
ET POMPEIE
REGINAE IVL
VALERIANVS
*f*EC

Bochat III, 625 a le Coultre, a quo pendent reliqui ut Donat. 366, 5; Orell. 341 = 147.
6 PEC Boch.

147 au milieu de la montée de la Cheire entre Yverdun et Payerne, petit fr. où il y avait joint à quelques autres lettres

CATO *vel* CATONI

Graffenried Villari dominus apud Wild p. 190, unde pendent reliqui, ut Orell. 353 = 160.

148 laminae aereae fragm., rep. Yverdun aux Jordils. Extat ibi in museo.

Descripsi.

XII. MINNODVNVM *VICVS HELVETIORVM (Moudon)*

Acc. Gruyère et Payerne.

149 rep. Moudoni in fundamentis aedium sitarum ad angulum vici pontis m. Iul. 1732 *Ruchat.* Extat in curia prope locum ubi rep. est. — Litterae non bonae sunt apparentque complura vestigia scripturae anterioris erasae.

PRO SALVTE DOMVS DIVN
I ✲ O ✲ M ✲ IVNON REGIN
ARAM · Q · AEL · AVNVS · IIIIII · AVG *sic*
DE SVO ITEM DONAVIT VICAN
MINNODVNENS X ƉCCL · EX
QVORVM VSSVR · GYMNA
SIVM INDE·RCI· TEMPOR *sic; emenda SIVM·INPER·C·ITEM·SPOR*
PER TRIDVM EISDEM
VICAN·DEDIT IN AEVM
QVOD SI IN ALIOS·VSSVS
TRANSFERR VOLVERINT *sic*
HANC · PECVN · INCOL · COL · AVEN
TICENSIVM · DARI VOLO·
L ✲ D ✲ D ✲ V ✲ M

Contuli. Innotuit primum per Ruchatum, qui misit Bodmero 1 Aug. 1732, item Ottio (inde Hagenbuch cod. 286 p. 5. 8) deditque Maffeio (qui ed. Gall. ant. p. 20, inde Mur. 1102, 5, cf. M. V. p. 413) posuitque in hist. ms. I, 3, 10*e* (inde Schmidt 1771 p. 10). Praeterea legitur Mercure Suisse Janv. 1735 p. 80; Pococke p. 79; Ritter p. 6 pl. V (inde Haller II, 239); Levade p. 209; Orell. 339 = 145 ab aliis et Troyono; Osann p. 562.
7 quod dedi, certissime quidem in lapide reperitur (nisi quod fortasse pro utraque R legere quis possit P), neque tamen explicandum esse, sed emendandum mihi quidem constat. Nam ut omittam horum nullam adhuc probabilem interpretationem repertam esse (*intercisa* enim *tempora*, item *indercium* ferias nescio quas Minnodunensibus proprias infeliciter inventa esse nemo negabit), apparet duas donationes commemorari, quarum altera pertineat ad gymnasium tuendum, altera ad epulum nescio quod per triduum instituendum; quae tamen ita confunduntur, ut lectionem corruptam esse pateat. Facillima visa est supra adscripta emendatio una littera D in P mutata et altera S addita; ut sit: *Item donavit vicanis Minnodunensibus denarios DCCL, ex quorum ussuris gymnasium in perpetuum curarent; item sportulas per triduum eisdem vicanis dedit in aevum.* Compendia scripturae non satis elegantia fortasse ferri poterunt in titulo provincialis et indocti hominis.

150 rep. Moudoni in fundamento aedium ad angulum septentrionalem pontis; id est eodem plane loco quo repertus est qui praecedit titulus. Servat Tissot notarius.

IOVI · O · M ·
TI · POMPO
X ∞ · EX · QVO *rum usuris*
SIVE · REDTV
HOC · EMPLVM *antiquo splendori*
REDD · RI / V /
A VICAN/// L
. S . I/ I/ N/

Descripsi indicatam a Troyono.
6 fortasse: *triduoque cenaretur a vicanis Minnodunensibus.*

151 Payerne iacens in templo *Stumpf.* ad pontem *Freher ap. Grut.*, ubi adhuc extat.

I O V I O I *a x*
ENIO L O *C I*
F O R T V N A *E*
REDVCI D A I
PIVS AVGVS
TVS DEDICA *sic plane*

Descripsi. Stumpf cod. 47 p. 95 ed. VIII, 16; Tschudy cod. 105 f. 12. 97 ed. p. 162; Simler cod. 102 f. 32; Guillimann p. 124; Grut. 8, 4 a Frehero et Commelino, 78, 5 ex Fabricii Roma; Plantin p. 259, Patin p. 332 ex anterioribus auctoribus; Hagenbuch cod. 286 p. 73 qui descripsit a. 1727; Schoepflin Als. I, 472 q. v.; Bochat II, 439; Ruchat hist. ms. I, 3, 72; Pococke p. 79; Sinner voy. II, 274; Orell. 343 = 149 ab al. et Troyono.
Quae extra lineas dantur litterae maiores sic exhibentur in antiquissimis exemplis Stumpfii et Freheri; vereor tamen ne sint ex supplemento. Certe Hagenbuchius iam desideravit quas ipse non vidi.

152 Courtille prope Lucens (non Lovatens) non longe a Moudon rep., mox iterum sepulta.

DEAE MINERVAE
. . . . . .
. . . . . .
(reliqua non sunt descripta)

Vulliemin Waat I, 69.

153 fragmens tr. dans la plaine entre Riaz et Marsens dans la Gruyère. 'Il y a une quantité considérable de fragments d'inscr., mais en général fort inutiles'.

a L · I I L
I L · S E V
/ I A N V S
C T V S · E T · F · M
E S S A L L N V S
A ET AGRICO
M I L I A N · F X L
V S · X L
V S X

b X L
X L X X V
L

c S E M P
S I L V · I
F A

d I I / A
N T I V S
N I

e A R
M A
P A I

Iohannes Gremaud (curé d'Echarlens près de Bulle) misit Troyono, Troyonus mihi.
Omnia frusta undique effracta esse indicat Troyoni tabula. Enumerantur homines qui pecunias contulerunt ad templum aliudve quod aedificium extruendum. *a*, 6 fortasse scripti fuerunt consules a. 230 Clementinus et Agricola; cf. tamen *a*, 4 ubi pater nominatur cum filio.

XIII. COLONIA PIA FLAVIA CONSTANS EMERITA HELVETIORVM sive AVENTICVM *(Avenches).*

Acc. Cressier et Pierre-pertuis.

Helvetiorum civitatis caput fuisse Aventicum ante iam quam coloniae iure donaretur auctor est Tacitus (hist. I, 68 in rebus gestis a. p. Chr. 70); quocum optime convenit titulus n. 178 qui servum imperatoris tributis apud Helvetios exigendis praepositum nobis monstrat iam Caesare Augusto imperante Aventici degentem. Ex

quattuor autem qui Helvetiorum agrum efficiebant pagis Aventicum situm fuisse in pago Tigorino cum Caesar indicat, ubi (de b. G. I, 12) Tigorinum pagum in confinio Helvetiorum et Sequanorum situm esse non obscure innuit, tum aperte docet titulus n. 159. — Ab imperatoribus Aventicensium civitatem coloniae ius honoremque ita impetrasse, ut non ad exemplum coloniae Equestrium separatam rempublicam obtineret*), sed caput esse civitatis Helvetiorum minime desincret et reliquus Helvetiorum ager in pagos distributus Aventico attribueretur totus, lapides abunde docent; inter quos hoc loco non indicabo nisi unum n. 192, propterea quod raro exemplo meminit praeter publicum Helvetiorum decretum etiam decretorum 'pagatim' factorum. Quod ad tempus attinet coloniae ibi institutae, Romanum oppidi nomen hoc evenisse arguit sub Flaviis imperatoribus sive Vespasiano patre sive Tito filio sive denique Domitiano; fuitque sane illis vetusta cum Gallica hac civitate necessitudo, ubi et imperatoris pater fenus exercuerit diemque obierit (Suet. Vesp. 1) et quae a Vitellii ducibus propter fidem Galbae servatam crudelia multa perpessa sit. Neque sine causa eo *piae constantis* cognomina referemus, ut tertium *emeritae* pertinet procul dubio ad veteranos eo deductos. — Ceterum cum apud auctores aetatis Romanae, si exceperis lapides, altum silentium sit de colonia Aventicensi, miro casu succedit in eorum locum scriptor quicunque fuit saeculi septimi qui vulgo dicitur Fredegarius (Canisii lectt. ant. II, 154—226; cf. Pertz Archiv VII, 253—258 quaeque ipse dixi in libro 'über den Chronographen vom J. 354' Abh. der sächs. Ges. der Wiss. II. 587), qui cum Hieronymi chronica ita interpolarit ut insereret pauca additamenta eademque proprie Aventicensia, recte meo iudicio Hallero (Bibl. der Schweizergesch. V, 3) creditur scripsisse Aventici vel certe in monasterio aliquo non longe inde remoto. Putavi non iniucundum fere iis quibus haec scribuntur, si additamenta illa non ignota quidem, sed quae plerisque innotuerint ex solis Fredegarii compilatoribus, maxime Freculfo, hoc loco repetiero ut apud primarium auctorem leguntur.

II, 36 ad a. Chr. 75: '[*Vespasianus*] *Germanos rebellantes superat et Aventicum civitatem aedificari praecepit. A Tito filio suo postea expletur et nobilissima in Gallia Cisalpina efficitur*'.

II, 36 ad a. Chr. 82: '*Titus universam Galliam circuivit et Aventico civitatem quam pater inceperat explevit, gloriose eo quod eam diligebat ornavit*'.

II, 40 ad a. Chr. 264 Hieronymus sic: 'Alamanni vastatis Galliis in Italiam transiere'. Fredegarius: '*Alamanni vastatum Aventicum pervenerunt, inaestimabili nocumento plurimam partem Galliarum vastaverunt indeque in Italiam transierunt*'. Cf. Amm. Marc. XV, 11, 12: 'Alpes Graiae et Poeninae exceptis obscurioribus habent et Aventicum, desertam quidem civitatem, sed non ignobilem quondam, ut aedificia semiruta nunc quoque demonstrant'.

Quae in universum vera esse etsi non dubito, tamen non ex auctore antiquo, sed ex incolarum memoria excepta mihi videntur, ut non multum tribui velim iis quae narrantur hic de victoriis itineribusque imperatorum. — Ad nostram rem quod attinet, potuerunt quidem Helvetiorum lapides omnes hoc capite coniungi; sed melius visum est vicorum monumenta a coloniae titulis ita separare, ut hic non exhibeantur nisi Aventicenses proprii, additis iis qui reperti sunt in vico non multum inde remoto Cressier et ad Pertam Pertusam, ubi constat terminum olim fuisse inter territoria Rauricorum et Helvetiorum. Ceterum aliquot annis abhinc Aventicenses optimo consilio suum sibi museum instituerunt, in quo et servatur iam non exiguus lapidum scriptorum numerus et quotidie augetur. Innumerabilium frustulorum quae ibi extant ego quamquam pauca, tamen plura fortasse selegi quam par erat; haec enim custodienda quidem sunt, si forte aliquando emergant particulae quas hodie desideramus, sed edita frustra lectorem morarentur. Ex lapidibus ante museum constitutum repertis pars migravit ad castri propinqui Villari sive Münchweileri dominos, aliqui custodiuntur in museo vel aliis locis, plerique interierunt.

---

*) Sic tamen excusatur aliquatenus Ptolemaei error, qui II, 9, 20 in Helvetiis recenset Ganodurum (vel potius Salodurum, ut ΔΑΔΟ abierit in ΓΑΝΟ) et forum Tiberii, 21 in Sequanis Dittatium, Vesontionem, Equestrem, Aventicum. Scilicet colonias quibus civitatibus attribueret non multum interesse existimavit.

154 Münchweiler in vico in angulo casae rusticae *Stumpf.* Hodic iu castro parieti inclusa.

DEAE AVENT
T · TERTIVS
SEVERVS
CVR · COLON
IDEMQVE · ALL
CVI · INCOLAE
AVENTICENS
PRIM · OMNVM
OB EIVS ERGA
SE MERITA
TABVLAM ARG
P///L POSVERE
DONVM · D · S · P
EX HS VCC·L DDD

Contuli. Novit iam Rhenan. rer. Germ. l. 1531 p. 133. Habent Apian 454; antiquus apud Stumpf. cod. 47 p. 114; Stumpf cod. 47 p. 98, cd. VIII, 18; Tschudy cod. 105 f. 11. 96, ed. p. 161; Simler cod. 102 f. 32; Guillimann. p. 85; Grut. 110, 3 ex Apiano et schedis Commelini; Patin p. 331; Scheuchzer it. 1706 p. 419, it. 1709 p. 501; Wild p. 233; Hagenbuch cod. 286 p. 207 q. v. a. 1727; Bochat II, 497; Ruchat hist. ms. I, 1, 95; Donat. 58, 11 ex Sam. Schmidt et Gnocchio; Orelli 369 = 178; Osann p. 560.
12 P////L lapis (P · L Ap. Stumpf Wild Ruch.); PV////L cum deprehendisse sibi visus est Hagenbuch, decepit eum fractura; PVBL quod est in ectypo Turicensi, refingenti debetur. Fuit fortasse *pondo* sequente numero.

155 Münchweiler in coenobio *Stumpf* ibidemque adhuc extat in castro.

DEAE · AVENTIAE
ET · GEN · INCOLAR
T · IANVARIVS
FLORINVS
ET · P · DOMITIVS
DIDYMVS
CVRATORES · COL
EX · STIPE · ANNVA
ADIECTS · DE · SVO
HS N ID

Contuli. Antiquus apud Stumpf. cod. 47 p. 114; Stumpf cod. 47 p. 99 ed. VIII, 18; Tschudy cod. 105 f. 10. 96, ed. p. 160; Simler cod. 102 f. 31; Urstis. epit. hist. Basil. add. p. 27; Guillimann. p. 85 e Tschud.; Grut. 110, 2 e schedis Commelini et Freheri; Patin p. 330 a prioribus; Scheuchzer it. 1709 p. 505; Wild p. 226; Hagenbuch cod. 286 p. 191 q. v. a. 1727; Bochat II, 438; Ruchat hist. ms. I, 1, 96; Donat. 58, 8 ex Schmidtio et Plantino et schedis Gnocchi; Orelli 368 = 177; Osann p. 560; descripsit G. Wyss.

---

156 Münchweiler dans l'écurie du château *Schm.* trouvée en 1751 dans les fondations des écuries, aujourd'hui dans la cour du château *Ritter.* Frustra quaesivi ibi. Troyonus postea ad me haec perscripsit: 'La pierre existe à Avenches dans l'intérieur de la ville, enchassée contre la façade de la maison Renaud, mais les caractères de l'inscription sont en fort mauvais état de conservation, aussi une partie des habitants d'Avenches prennent cette inscription pour celle de Iulia Alpinula'.

Schmidt:	*Ritter:*	*Troyon:*
DEAE AVENT	DEAE AVENT	]]AE AVEN
C · IVL · PRIMIT	///IVLI//PRIMA	C IVL PRIMA
TRIVMVIR	TRIV/MVIR	] VIR
CVR · COLIT · FA	// VI //// IIVIR	VI F]LIM
CVR · IIIIIIVIR	//VRUIIVIRA	A C I I VI
D · D · SVIIMP	DE /// IVLAPE	D] V / M
IIV	///// II	I II
L · D · D		

Sam. Schmidt misit Hagenbuchio ep. ms. 1751 p. 24 cdiditque 1760 p. 16 (inde Donat. 58, 7) 1771 p. 12; Ritter mém. abrégé p. 5 pl. 3 acre inc.; Orelli 370 = 179 ab al. et Troyono, cuius schedas habui et ipse.
Dedi exemplum Ritterianum et Troyoni et ms. Schmidtii. Hic in ed. posuit 4 CVR · COL · IE · F · A; 6 DD · SV..IV (in ed. 1771 est D · D · SV.. V), 8 in cd. 1771 L · D · D · D.

157 Aventici rep. Extat ibi in museo.

BIVIS
TRIVIS
QVADRv
VIS·

Descripsi et contuli. Troyon rev. arch. VII, 452.

158 Aventici in agro rep. 1742; servat Oleyre Aventicensis *Beck.* rep. 1744; servat Lerber praefectus (baillif) Thorberg. *Boch.* tr. en 1744 entre Valamand et Salavaux à une lieue à N. O. d'Avenches *Lev.*, nescio unde.

BIVIS·
TRIBVIS·
QVADRVBS

Hagenbuchio miserunt a. 1742 Beck (ep. ms. 1742, 17. 1743, 1. cod. 283 p. 225), a. 1744 Schoepflin (ep. ms. 1744, 32), a. 1752 Gruner accurate delineatam (ep. ms. 1752, 16). Bochat II, 429 aere expr. (inde per Schmidtium Donat. 52, 1 et ut puto Exchaquet p. 82). Levade p. 33. 283. Orell. 389 = 200.
3 BS pro BS Schoepfl.

159 Münchweiler in pariete templi *Stumpf,* ibidemque adhuc extat in pariete castri. — Alterum exemplum Klotae in pago Turicensi, quem olim male dicebant Tigurinum, a. 1601 erutum esse confinxit nescio quis, cuius commentarium ed. Io. Bapt. Ott: 'coniectura de columna marmorea antiqua Clotae a. 1601 eruta. Ex archivis ecclesiae Tigurinae'. Tigur. 1732. 4. Fraudem postea ipse Hagenbuchius (v. eius cod. 285 p. 59) agnovit: 'falsarius, inquit, illam epistolam scripsit nobisque imposuit'. Cf. de hac re Haller Bibl. der S. G. IV, 307.

GENIO
PAG · TIGOR
P · GRACCIVS
PATERNVS
5 T · P · I
SCRIBONIA
LVCANA
H · F · C

Contuli. Stumpf cod. 47 p. 100 ed. VIII, 18; Tschudy cod. S. Gall. 1083 p. 83 87, cod. 105 f. 10. 96 ed. p. 160; Simler cod. 102 f. 31; Guillimann. p. 39; Grut. 111, 4 ex schedis Freheri et Commelini; Scheuchzer it. 1709 p. 503; Wild p. 224; Hagenbuch cod. 286 p. 231 q. v. a. 1727; Bochat II, 437; Ruchat hist. ms. I, 3, 73; ms. Villar.; Donat. 43, 10 ex Sam. Schmidt; Haller II, 110 a prioribus; Orell. 366 = 175.
Praetermittendum non est quod hic lapis exhibet insigne documentum Tschudianae interpolationis et caecae posteriorum obedientiae. — 5 quod ipse deprehendi legerunt praeterea Gruteri auctor et qui confecit schedas Villarianas; contra Stumpfius versum reliquit punctis expletum. Quod exemplum cum Tschudius sumpsisset sibi tractandum, primum repetivit simpliciter in cod. Sangall. p. 87; deinde in eodem cod. p. 83 in fine versus posuit ET, in margine adscripsit '*forte* CVR · COL'; denique in exemplis posterioribus audacter posuit CVR · COL · ET. Quam lectionem aperte falsam nihilo minus quicunque postea lapidem contulerunt, Scheuchzer Wild Ruchat Bochat ipseque Hagenbuchius reliquerunt intactam. — 8 veram lectionem ante me unus ms. Villar. auctor reperit; reliqui consentiunt in V · FEC.

160 Aventici in museo.

GENI
CAMILL
CES/ET
QVIBVS
5 IN H
ITEM·HER
NOMIN

Descripsi et contuli.

161 epistylium ingens ex marmore albo litteris maximis, quibus aes adhuc inhaeret, rep. Aventici 1844. Extat ibidem in museo.

LVGOVES

Descripsi et contuli. Courrier Suisse 12 Mart. 1844 q. n. v. (inde Vulliemin Waat I, 58); Orell. . . . = 200 not.

162 autrefois à Cressier dans un autel de l'église de S. Rosaire; depuis 1828 dans les murailles de la dite église *Matile,* non Neuveville vel Landeron ad lacum Biennensem ut ait *Orell.* Haec et socia n. 163 in antica et postica eiusdem basis exhibentur.

MARTI
SACRVM
T · FRONTINIVS
GENIALIS
5 VSLM

Contuli ad ectypon gypsaceum musei Neufchatellensis. Parent ms. Salod. p. 106; Nouvelliste Vaudois 16 Dec. 1828 q. n. v. (inde Orell. 5032 ed. 1); Matile misit Orellio n. 167 ed. 2 et antiq. Turic. Corr. V, 170; Jahn Bern p. 71. — Antiqui nescio cuius codicis typum exhibent Parent ms. Salod. p. 106 et Bridel apud Orell. 5067 ed. I.
Antiqui codicis typus hic est:

FANVM · MARTIS · SACRVM · IVLIVS · CESAR

163 Cressier prope Landeron in eccl. S. M. rosarii una cum socia n. 162 q. v.

N A R I A E
N O·V S A N
T I A E
T·FRONTIN
HIBERNVS
V S L M

Contuli ad ectypon gypsaceum musei Neufchatellensis. Parent ms. Salod. p. 106; Nouvelliste Vaudois 16 Dec. 1828 (inde Orell. 5031 ed. 1); Haller von Königsfelden Allg. Schweizerzeitung 22. Juni 1832; Matile qui misit Orellio 166 ed. 2 et Meyero; Bullett. dell' Inst. 1832 p. 167; Jahn Bern p. 71.

---

164 Aventici in exteriore pariete sacelli S. Mariae Magdalenae vidit *Stumpf* ibidemque adhuc extat.

N V M I N I B · A V G
E T · G E N I O · C O L · I E L
A P O L L I N I · S A C R
Q · P O S T V M · H Y G I N V S
ET · POSTVM · HERMES · LIB ·
MEDICIS · ET · PROFESSORIB
D · S · D

Descripsi et contuli. Apian. p. 455 (inde Grut. 38, 14) ubi pars male adhaesit n. 198; antiquus auctor apud Stumpf. cod. 47 p. 113; Stumpf cod. 47 p. 95 ed. VIII, 17; Tschudy cod. 105 f. 11. 95 ed. p. 158; Simler cod. 102 f. 30. 76; Urstis. epit. hist. Basil. add. p. 27; Lipsius p. 35 a P. Gulielmio; Guillimann. p. 124 ex Tschudio; Grut. 112, 3 e Scaligeri schedis; Patin p. 330; Scheuchzer it. 1706 p. 421; Wild p. 214; Hagenbuch cod. 283 p. 179 q. v.; Bochat II, 179; Ruchat hist. ms. I, 1, 57. 3, 73; Donat. 347, 3 a Schmidtio; Orelli 367 = 176 ab al. et Troyono; Amati p. 212.

---

165 Münchweiler dans la cour du prieuré *Wild*. Extat adhuc in castro.

DEAE
VICTORIAE
M · IVNIVS
PRIMITIVS
EX·VOTO

Contuli Scheuchzer it. 1709 p. 507; Wild p. 232; Io. Hofmann q. v. a. 1742 apud Hagenbuch. cod. 286 p. 260 et alio exemplo Hagenbuch ep. ms. 1744, 38 cf. 1745, 1; Bochat II, 421; Ruchat hist. ms. I, 1, 99; Donat. 50, 2 (misit S. Schmidt); Orell. 387 = 198; Osann p. 561.

166 Münchweiler dans la cour du prieuré *Wild* ibidemque adhuc extat.

D E A E · V I C T O R I
A E
S A B I N · M A R C ∷ /
L A

Contuli. Scheuchzer it. 1709 p. 505; Wild p. 232; Hagenbuch cod. 286 p. 243 q. v.; Io. Hofmann apud Hagenbuch. ep. ms. 1744, 38; Bochat II, 421; Ruchat hist. ms. I, 1, 99; Donat. 50, 1 (misit Sam. Schmidt); Orell. 388 = 199; Osann p. 563, 7; descripsit Georgius Wyss.
Adscribam exemplum Osannianum, ne quis id facili errore accipiat pro titulo diverso; sic enim hic homo describere solet:

I N V I C T O
A P . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
B I N M A R C

---

167 Avenches chez M. le Banderet Fornalla.

CAMILL ·
IVCVND Y
V · S · L · M

Hagenbuch cod. 283 p. 211 q. v.; inde Orell. 397 = 208.

---

168 ante templum [id in quo tum fuit praeterea n. 175] quod est in civitate diruta Aventicensi *Stumpf*. 'in der gebrochnen stat uchten, vor der thür der kilchen, die im boden stund und Anno dn̄i 1536 do ich diss abschreib noch gantz waz, und sidhar uf den grund geschlissen worden, lag diser Stein ganz, aber die underst linea waz unlässlich worden' *Tsch.* Dudum interiit.

IMP · CAESARI · VESPASIANO
/ / / / / / / / / E / / / / / /
/ / / / S / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / L / / / / / / / / /

Stumpf cod. 47 p. 96 ed. IV, 21, unde Tschudius cod. S. Gall. 1083 p. 79; cod. 105 f. 11. 94 ed. p. 156 sumpsit interpolandam. Ex Tschudio pendent reliqui: Simler cod. 102 f. 30; Guillimannus p. 79 ex Tschudio; Grut. 243, 4 ex Guillim.; Plantin. p. 261; Donat. 137, 4 ex Schmidtio; Orell. 380 = 187.
Tschudiana recensio haec est:

IMP · CAESARI · VESPASIANO
AVG · PONTIF · MAX · TR · POT · III
IMP · VIII · COS · III · DESIG · IIII · P · P
/ / / / / / / / / / / / / / / / / /

Quae ex his Stumpfius omisit spatiis relictis, ea lacunis Stumpfianis superscripta leguntur in Tschudii codice Sangallensi, ut qui viderit non possit non agnoscere interpolationem.

169 Aventici in thermis rep. 1808 *Hall.* tr. en Mai 1808 sur un marbre de 9 pieds de hauteur sur 30 pouces de largeur en lettres romaines du plus grand caractère *Lev.* Extat Aventici in museo.

i u l i a e
DOMINaE AVG
MATRI cASTROЯ *sic* † 217 p. C.
HEL · PVBLIC///

Descripsi et contuli. Haller II, 253 ab Erlacho; Levade p. 31; Orelli 361 = 170.
Integra est a sinistra intuenti.

---

170 Aventici in museo.

Descripsi.

---

171 Aventici in museo.

Descripsi.

172 fragmenta duo tabulae aereae, rep. Aventici d. XI kal. Oct. 1751 praesente *Schmid.* Extant Bernae in museo publico.





Descripsi ad ectypa chartacea Meyeri. — Schmid misit Hagenbuchio ep. ms. 1751, 24 (inde Orell. 399 = 211); aere expr. optime dedit Studer p. 71.

I, 5 in ectypo vidi cIVIS.

II, 1 DIFR St. — 2 non PROXV. — 4 ÞVSSA St.

---

173 tab. aerea rep. Aventici prope thermas *Grun.* rep. prope pulcherrimum ex musivo opere pavimentum cum aliis inscr. fractis *Sinner.* Nunc Bernae in bibl. publ.



Gruner misit Hagenbuchio ep. ms. 1752, 16. Sinner catalog. cod. ms. bibl. Bern. I (1760) tab. I cf. praef. p. XXXIII. Schmidt 1760 p. 18. Orell. 390 = 201.

---

174 tabulae aereae pars exigua. Extat Aventici in museo n. 550.

Descripsi.

175 Aventici in pariete eiusdem templi [ubi fuit n. 168] fragmentum sine principio; sed is lapis iam semotus est a° dn̄i 1542 *Stumpf.* in der selben kilchen [ubi fuit n. 168] ussert an einem eck der kilchmur. Der Stein ist sidhar mit der kilchen gebrochen und von den Mureren oder Steinmezen zerstücket, doch von mir in obgemeltem Jar [1536] eigentlich abgeschriben als er noch am eck der kilchen stund *Tsch.* solito mendacio. Partem quae continet vv. extremos denuo reperit ‘au bois du châtel dans un réservoir des eaux’ *Wild*; haec nunc extat Aventici in muro ecclesiae.

LEGATO
*IMPER · CAEs · NERVA*E · AVG · GERM · LEG · XVI
*FLAVIAE · FIRMAE · E*T · LEGATO · IMP · NERVAE
*TRAIANI · CAESARI*S · AVG · GERMAN · DACICI
*LEG · VI · FeRratAE · SOD*ALI · FLAVIALI · PRAETORI
*AERARI · MILITARI*S · LEGATO · IMP · NERVAE
TRAIANI · CAESARIS · AVG · GERMANICI · DACICI
PROVINCIAE · LVGDV'NENSIS · CONSVLI · LEGATO
*IMP · NERVAE · TRAIAN*I · CAESARIS · AVG · GERMANIC
*DACICI · AD · CEN*SVS · ACCIPIENDOS
*COLONIA · PIA · FLAVI*A · CONSTANS · EMERITA
helvETIOrVM · FOEDERATA
*PATRI*ONO

Descripsi quod extat et contuli. Auctor antiquus apud Stumpfium cod. 47 p. 113; Stumpf cod. 47 p. 97 ed. IV, 21; Tschudy cod. S. Gall. 1083 f. 79, cod. 105 f. 11. 94, ed. p. 157; Simler cod. 102 f. 30. 63; Lips. p. 26 a P. Gulielmio; Guillimann. p. 77 ex Tschudianis; Grut. 427, 12 ex Lipsio et Guillim.; Patin p. 329; Wild p. 183. 216; Hagenbuch cod. 283 p. 173 qui descripsit a. 1727; Bochat I, 453 a Ruchato; Haller I, 144 = 164 q. v.; Orelli 364 = 173 ab al. et Troyono; Osann p. 560.

Ut mittam partem quae adhuc extat a me ipso aliisque plurimis exceptam ex lapide, partis deperditae editiones quotquot circumferuntur unico Stumpfiano exemplo inniti certissimum est, quidquid contra dicit Tschudy. Ipsum illud tamen si quid video compositum est ex fragmenti adhuc extantis comparatione cum antiquiore et inemendato exemplo continuo scripto, quod Stumpfius nescio unde accepit et ad quod respicit in nota ms. ad v. 12, quoque praeterea praeter Stumpfium usos esse reperio Simlerum Tschudiumque. Certe solitarium elementum I, quod v. 10 in. Stumpfius posuit, ex lapide nequaquam potuit excipere, sed scripsit sic fragmento suo applicans exemplum antiquum. Item qui viderit lapidem, mecum consentiet v. 12 partis deperditae spatium Stumpfianae lectioni non suffecisse sed requirere eam quo ducunt antiquioris auctoris vestigia. — V. l. dabo antiqui p. 113, Stumpfii cod. p. 97, Simleri f. 30, Tschudii. — 1 in CAIO LAELIO i. e. n. 204 attexuit P. Gulielmius, solita fraude. — ... LEGATO Stumpf indeque Siml. Tsch. rel., ... ATO Hag.; non vidit Antiquus neque vidi ego. — 2 IMPER · CAE · Ant.; IMP · CAES · reliqui. — GERMAN ego et Siml., GERAN Ant., GERMANICI St. Tsch. — 5 FIRMIAE Ant. Siml., FIRMAE St. Tsch. rel.; unde cum huiusmodi legionem nemo nosset, Cardinalius vel potius Marinius dipl. p. 303 n. 188 titulum suspectum dixit, neque immerito. At latet omnino in FIRMIAE notissimum FERRATAE. — PRAETOR Ant. — 8 PROVINTIAE St. (non Ant.). — 10 I DACICI St. Tsch., contra Ant. Siml. — 11 CONSTAS Ant. — 12 IMPIA AETIOPVM Ant. (cuius lectionis mentio etiam fit in cod. Tsch. Sangallensi), inepte puto cogitans de Iudaeorum illa si diis placet colonia Aventicensi; sed latet in monstro hoc, modo pro IMPIA AETIOPVM ponas IMP·AETIOPVM, omnino HELVETIORVM. Stumpfius inde quod effecit AVENTICVM HELVETIORVM, ad Siml. Tsch. et reliquos propagavit.

176 litteris optimis et magnis. Münchweiler nuper rep. a loci domino Morlot, extat in templo *Plant.* ubi adhuc servatur.

uii ui RO EPVLON
leg. a VGVST · PR · PR
gerN AN · SVPERIOR
hel. p VBL · PATRONO

Contuli. Plantin. 1656 p. 267; Wild p. 236; Ioh. Hofmannus q. v. a. 1742 apud Hagenbuch. cod. 286 p. 242; Bochat I, 458; Orell. 391 = 202; Osann. p. 560; descripsit G. Wyss.
Cf. Romana Grut. 457, 6: *C. Popilio C. f. Quir. Caro Pedoni cos. VIIvir. epulon. sodali Hadrianali legato imp. Caes. Antonini Aug. Pii pro pr. Germaniae super. et exercitus in ea tendentis* rel.

177 Aventici rep. ad aedificium columnis ornatum. Loci ubi reperta est formam delineatam habes in tabulis soc. ant. Turic. vol. VI tab. 55. Extat Aventici in museo.

IV I
QVAESTVRA · IN · I
ASIA · FVNCTV
INCOLAE · AVENT*i c* ENS
OB · EGREG · EIVS · ERG · *s* E · MR
PATRON · P · CVI · SINGVLI
ADQ · VNIVERS · OBLIGATOS
SE · ESSE · PRAEFERVNT · ADQ
ETIAM · PARVM · SIBI · VI
DENTVR · PRAEDICARE
CVRA T · NIGR · MODESTI
IIIIIVIRI · AVGVSTALIS

Descripsi et contuli. Troyon rev. arch. VII (1850) p. 453. Beitr. zur vat. Gesch. herausg. von der vat. Ges. zu Basel IV (1850) p. 150. Bull. dell' Inst. 1852 p. 106.

178 in marmore rotundo, quod Villarii prope Aventicum in aedibus rusticis viderunt *Stumpf* et *Wild.* Extat adhuc ibidem in castro.

DONATO · CAESARIS · AV*g*
SALVIANO · EXACTOR*i*
TRIBVTORVM · IN · HEL*u*
COMMVNIS · VICARIV*s*

Contuli. Novit iam Rhenanus rer. Germ. 1531 p. 133. Habent Apian. 455 (inde Smet. 168, 18. Grut. 593, 9); auctor antiquus apud Stumpfium cod. 47 p. 114; Stumpf cod. 47 p. 98, ed. VIII, 18; Tschudy cod. 105 f. 11. 97 ed. p. 162; Simler cod. 102 f. 32; Guillim. p. 103 ex Tsch.; Patin p. 331 a prioribus; Scheuchzer it. 1709 f. 503; Wild p. 229 q. v.; Hagenbuch cod. 286 p. 215 qui exscripsit; Donat. 130, 5 a Schmidtio; Orell. 362 = 171; descripsit Georgius Wyss.

179 Aventici. Extat Villarii in castro.

c IVL · C · F FAB · CAMILLO
s AC · AVG · MAG · TRIB · MIL
l EG · IIII · MACED · HAST · PVRA
e T · CORONA · AVREA · DONATO
a TI · CLAVDIO CAESARE · AVG
it ER · CVM · AB · EO · EVOCATVS
i N · BRITANNIA · MILITASSE
c OL · PIA · FLAVIA · CONSTANS
EMERITA ♂ HELVETIOR ·
EX ♂ D D ·

Contuli. Scheuchzer it. 1709 p. 506 et apud Hagenbuch. cod. 286 p. 38; Wild p. 186. 239 a Scheuchzero; Hagenbuch cod. 286 p. 247 q. v.; Mur. 1102, 6 ex actis Lips. i. e. ex Wildio; Bochat I, 481 qui aere expressit acceptam a Bosseto (inde Donat. 345, 6); Orell. 363 = 172; Osann. p. 560; descripsit G. Wyss.
1 praenomen supplent filiae tituli n. 143 et 192. — 9 in spatio vacuo litteras AV reliquis minores Bochati auctor vidisse se asseverat; at neque ego tale quid reperi neque alius testium.

180 Aventici.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . D . . . Y . .
. . . . . ANIEN . . . . . .
. . . . . IVS . . . . . .
. . . MIRO H · I · HC
C · R · S · SENECAE A
XL · STIP · XVIII · HI
SITVS EST TESTA
FIERI IVSSIT

Codex Remigii Fesch bibl. Basil. scriptus c. a. 1636, unde edidi Bull. dell' Inst. 1852 p. 106.

181 rupi incisa ad fauces Pierre-pertuis supra Biel opp., in ea parte portae quae Augustam Rauricorum respicit. — De via cf. Saussure voy. II, 11: 'Tous les indices extérieurs semblent concourir à prouver que l'ouverture a été formée par les eaux'.

NVMINI AVGVS
T //// VM
VIA //ICTA PER M
DVI/IVM PATERNM
IIVIR/I COL HELVE]//

Contuli scalis admotis. Stumpf qui accepit Basileae et Bieli ed. XII, 17 (in cod. 47 indicata est p. 102, non descripta, similiterque in cod. Tschud. 105 f. 10), a quo pendent Seb. Munsterus cosm. 1550 p. 415 et Paulus Gul. f. Merula cosm. p. II l. III. c. IV (p. 389 ed. 1605). Genuinum exemplum primus excepit Petr. Pithoeus quem audi ipsum scribentem ad Simlerum a. d. XIIII kal. Sept. 1570 (cod. Turic. F, 60, ep. 572): 'Remitto ad te, v. c., Helveticas inscriptiones, quas si cum lapidibus ipsis conferre licuisset, haberes fortasse emendatiores. Sed me negotia quaedam a recto itinere in ipso etiam reditu deflectere coegerunt. Adscripsi tamen quae diversa reperi in his quas Amerbachius noster habuit, qui et illam Augustae suae adiecit, quam utinam integram videre datum esset; adeo mihi placet non Biorigis modo sed etiam Vocrulli nomen, de quo non dubito quin aliquid Helvetiae tuae accessurum sit. Nevidunenses duas [n. 122. 127] aut potius, ut ex animi sententia dicam, Equestres, simul et Pranginensem [n. 118] tamdiu latuisse mirarer, nisi me ipsa locorum inspectio docuisset consulto ab hominibus rusticis occultatas aut potius obrutas, ne lucem aliquando acciperent. Illam vero Pirreportensem nisi ipsis oculis vigilans perlegissem, contra accolarum tamen omnium spem, qui ad hoc etiam scalas denegarunt, vix crederem eo tandem impudentiae perventum ut pro Romano elogio monachici versus calumniose supponerentur. Quo magis etiam doleo viros aliquot eruditos tam facile huiusmodi nugis fidem adhibuisse, quas vel Romanis literis prorsus indignas neminem esse puto qui non videat'. A Pithoeo pendent Urstis. epit. hist. Basil. p. 6 et chron. Basil. l. I c. II p. 5; Tschud. cod. 105 f. 99 (f. postea adiectum) ed. p. 167; Simler cod. 102 f. 33; Guillimann. p. 38; Grut. 151, 1 a Frehero; inter quos verum auctorem unus Urstisius citat. Postea exhibuerunt Dunod lettres sur les déc. faites sur le Rhin 1716 p. 48 exceptam scalis applicatis; I. I. Zindel a. 1734 (apud Hagenbuch. cod. 286 p. 82) item scala admota; Iselius aliique complures ex sodalitate Hagenbuchiana (cf. eius ep. ms. 1737, 39. 40. 1738, 6. 1747, 6. 1749, 39. 50. 51. 52); Schoepflinus Als. I, 578 qui edidit Seb. Faeschii a. 1667 exceptum et aere expr. alterum Mestrezatii accuratius exemplum; Buxtorf Reise nach der Birsquelle 1756 = Bruckner Merkw. St. XIV, ubi aere expr. est; Donat. 53, 2 = 348, 2 ex Buxtorfio; Exchaquet p. 110; Ritter p. 1 pl. 1 aere expr.; Haller I, 172 = 193 aere expr. a Soiroz acceptam; Orelli 401 = 214; denique miserunt Quiquerez et Roth.

Ex varia lectione pauca tantum selegi. — 2 TORVM Pith. — 3 FACTA Pith., sed certum litterae V vestigium deprehendi et repererunt ante me Dun. Zind. — 4 videtur fuisse DVRIVM vel DVNIVM; DVRMIVM spatium non admittit. Tertia littera ꝛ visa est Rittero, F Zind., R Faeschio et Pithoeo. — 5 quod dedi certum est similiterque ante me Buxtorfius legit; neque tamen facile explicatur.

Exempla Stumpfio tradita haec sunt:

numinis augusti via ducta per ardua montis
foeliciter petram scindens in margine fontis.

nimis augusti via ducta per ardua montis
fecit iter scindens petram in margine fontis.

Merula qui eam inscr. aliquando transgressus 'vere accurateque descriptam esse' testatur satisque clare legi dempta tantum prima voce exesa, secundum exemplum Stumpfianum paullo immutatum refert sic:

n . . . . angusti via ducta per ardua montis
fecit iter petram scindens in margine fontis.

182 Aventici trouvée au mois de Juin 1804 dans un pré de M. Guisan *Not.* rep. in amphitheatro a. 1804 *Hall.* tr. en Juillet 1804, pierre longue 10 pieds de roi et 2 pieds 3 pouces large *Lev.* Extat Aventici in museo.

IN HONOREM ❦ DOMVS ❦ DIVINAE
*na*VTAE ❦ ARVRANCI ❦ ARAMICI
SCHOLAM ❦ DE ❦ SVO ❦ INSTRVXERVNT
l D D D

Descripsi et contuli. Etrennes helvétiques a. 1805 q. n. v.; notices d'util. publ. I, 255; Parent. cod. Sal. p. 94; Haller II, 250; Levade p. 32; Orell. 365 = 174.
Quae minores adduntur litterae Not. Par. Hall. Lev. tanquam ex lap. dederunt, male puto; nam Not. notant *'il n'y a que peu de lettres mutilées'*.

---

183 epistylium Aventici rep. 1851. Extat in museo.

SCHOLA
VM REIP
VS

Descripsi et contuli. Troyon revue arch. VII, 452; ego Bullett. dell' Inst. di corresp. archeol. Roma 1852 p. 114; descripsit G. Wyss.

---

184 Aventici ad scholam Macriorum rep. 1851. Extat in museo.

Q · CLVVIO
QVIR · MACRO
OMNIBVS HONORIB
APVD SVOS FVNCT
CVI PRIMO · OMNIVM
IN DVMVIRATV ·
SCHOL · ET STATVAS
ORDO · DECREVIT
HELVETI PVBLICE ·
INPEND · REMISER
MACRIVS NIVALIS
ET MACRIVS MACER
LIBERI

Descripsi et contuli. Edidi Bullett. dell' Inst. 1852 p. 114.

185 Aventici ad scholam Macriorum rep. 1851. Extat in museo.

*cluui m*ACRI V*xori*
NI PROFESSI
*p*RONEPI QVI CVRIAM
DONAVIT
HELVETI · PVBLICE
INPENDIVM · REMISER
MACRIVS NIVALIS
ET MACRIVS MACER
LIBERI

Descripsi et contuli. Edidi Bull. dell' Inst. 1852 p. 114.

---

186 Aventici ad Macriorum scholam rep. 1851. Extat in museo.

Q · MACRIO
CLVVI MACR
FIL · QVIRIN
NIVALI
OMNIBVS · HO
NORIBVS · APVD
SV

Descripsi et contuli. Edidi Bull. dell' Inst. 1852 p. 114.

---

187 Münchweiler in praepositura in ara templi *Stumpf.* dans la cour du château vis-à-vis la fontaine à droite de la porte tendante au jardin *ms. Villar.* Frustra quaesivi.

D · M
L · CAMILLIVS
FAVSTVS
IIIIII · VIR · AVG
VIVS · FECIT
IN · ANNO · LXX
VIXIT ANNIS
LXXXXII

Antiquus apud Stumpf. cod. 47 p. 114; Stumpf cod. 47 p. 99 ed. VIII, 18; Tschudy cod. 105 f. 10. 96, ed. p. 159; Simler cod. 102 f. 31; Guillimann. p. 129 ex Tschudio puto; Grut. 384, 6 a Commelino i. e. e Stumpfio; Scheuchzer it. 1709 p. 505; Wild p. 223; ms. Villar.; Hagenbuch cod. 286 p. 239 q. v.; Orell. 372 = 181.
2 LV · Ant. — CAMILIVS ms. Vill., CAMILLVS Tsch. uno loco, Scheuchzer. — 4 VIVVS Grut. — 8 LXXXXI St. ed. contra cod., Grut.

188 Aventici in museo.



Descripsi et contuli.

---

189 Aventici in museo.



Descripsi et contuli.

---

190 Münchweiler in atrio praepositurae *Stumpf*, ibidemque posteriores collocant, ut 'à droite devant la porte de l'écurie aux chevaux, posée à rebours' *ms. Villar.* Ego frustra quaesivi.

D M
OTTACILIAE F A
VENTINAE V XO
RI · M · OTTACILI VS
IIIIII · VIR · A VG
.... B .. SA VIVA

Stumpf cod. 47 p. 99, ed. VIII, 18 (a quo pendent Tschudy cod. 105 f. 10. 96 ed. p. 160; Simler cod. 102 f. 32; Guillimann. p. 129; Grut. 446, 5 a Commelino); Wild p. 227; ms. Villar.; Hagenbuch cod. 286 p. 201 qui vidit a. 1727; Orelli 373 = 182.
Dabo v. l. Stumpfii ms., Wildii, ms. Villar., Hagenbuchii. — Stumpf et Wild et ms. Villar. in vv. 1. 2 3. 4. 5 extr. quae addunt, apud Hag. desunt. — 2 OTACILIAE St., OTACILLAE Hag. — 3 VENTANAE ms. Vill. — 4 RI · M · OTTACILIVS Wild ms. Vill., RI · M · OTACILIVS St., RIOTACILL Hag. — 5 VIR ante AVG om. Hag. — 6 .....B..SAVIVA ('si l'on examine de près l'inscription, on voit un espace entre B et S') ms. Vill., BSA St., IBSA Wild, IPSA VIVA Hag.

---

191 rep. a. 1631 Pavonii prope Aventicum in templo et translata in arcem Aventicensem *Fesch*; fractam vidit *Wild*; hodie interiit.

D · M
VALERIAE
SECCAE
QVAE · IVCVNDE
VIXIT · ANNIS · LXXV
L · SEVERIVS
MARTIVS · IIIIIVIR
AVG · MARITVS
F · C

Codex Remigii Fesch bibl. Basil. (a quo pendet Wagner ed. 2 p. 163 ed. p. 3 202 indeque reliqui) integram dat, notans: 'praefecto Im. Anton. Stetlero et mihi eiusdem copia facta a dno Sam. Hortino past. Bern.'; fractam dat inde a v. 6 Wild p. 236. Ex utroque Bochat II, 494; Donat. 264, 11 a Schmidtio; Orell. 374. 375 = 183. 184.
5 LXXV cod. Fesch., LXV Wagner et rel. — 6 ...I...SIV...RI... Wild, qui hic incipit. — 8. 9 om. Wagner et rel.; cod. Fesch habet, sed MARTIVS pro MARITVS. — Sine ulla causa de veritate Orellius dubitavit.

---

192 inscr. très bien conservée et gravée en belles lettres sur une plaque de marbre de 2 pieds 8 pouces de haut et de 2 pieds de large, tr. en 1809 à Avenches au lieu dit les conches avec les restes d'un aqueduc, recouverts de belles pierres plates, et les ruines d'un portail en marbre *Levade.* Portalstück gef. im Frühjahr 1810 in dem mausolée aux Conches dessus *Haller.* table de marbre intacte, retr. en Mai 1810 dans un grand édifice romain mis à decouvert par M. Fornala. Le marbre de l'inscr. est moins nuancé et plus blanc que celui employé au bâtiment; il n'a qu'un mètre en hauteur sur 8 déc. 6 cent. en largeur *Parent.* Ubinam extaret quaerenti mihi nescire se rescripsit harum rerum valde gnarus Troyon Lausannensis.

C · VALER · C · F · FAB · CA
MILLO · QVOI · PVBLICE
FVNVS · HAEDVORVM
CIVITAS · ET · HELVET · DECRE
VERVNT · ET · CIVITAS · HELVET
QVA · PAGATIM · QVA · PVBLICE
STATVAS · DECREVIT
IVLIA · C · IVLI · CAMILLI · F · FESTILIA
EX · TESTAMENTO

Parent ms. Salod. p. 87; Haller I, 69 ed. 2; Levade dict. p. 30; ex his Orelli 360 = 169.
2 PVBLICE Lev., PVBLIC Par., PVBLIC Hall. — 4 HELVE·V·ET· per dittographiam Par. — 7 DEOR·FVIT Par. — 8 C·IVL· Hall. Lev., CIVII Par. — CAMILI · F · FE · ESTILIA Par. — 9 FV pro EX Par.
Quamquam complura offendunt in hoc titulo, tamen collata altera Iuliae Festillae inscriptione n. 143 postea reperta, item lectionis varietate, neque de veritate neque de lectione licet dubitare.

193 pierre carrée de 16 pouces Bernois, au château de Chamblun; ‘on croit que feu M. Wyss baillif d'Avenches, qui a fait amener plusieurs pierres d'Avenches, la fit amener lorsqu'il bâtit le château de Chamblun’ *Grafenried.*

A G M
SAC · AVg
MATRCnae
ALC=
ZV

Cod. C, 220 ex litteris Francisci Ludovici Grafenried Villari domini scriptis d. 16 Iun. 1710. Ex eodem pendent Hagenbuch cod. 283 p. 223 (ex cod. Ott. cent. 1 n. 37) et cod. Zolleri p. 597. Edidit adhuc nemo.
3 MAT · RC traditur.

---

194 Aventici in museo.

prae FEC PERVM *libriam et picenum?*
A FLAMINI · A
PETVO PRI
RONO P
AI C

Descripsi et contuli.

---

195 Aventici. Accuratius locum non indicat *Ant.*; ‘an einem Thurn der Stadt mit hohen grossen Buchstaben’ *Tsch.*; ‘sur le portail de la cour du baillif’ *Schoepfl.*

BVLARIA
B · COHAER
SVERVNT
CTI · PRAEF

Antiquus apud Stumpf. cod. 47 p. 114 (unde repetiverunt Tschud. ed. p. 157 loco non suo; Simler cod. 102 f. 30; Plantin. 1656 p. 261; Orell. 393 = 205. Neque Stumpfius habet neque codex Tschudianus). Hagenbuch q. v. a. 1727 (cod. 283 p. 163) et habuit a Schoepflino q. v. ep. ms. 1744, 32. Bochat I, 406 (inde Haller I, 12 = 14). Orell. 394 = 206.
1. 2 om. Ant. — 2 in. I ante B a pictore recens add. esse notat Bochat videturque indicare etiam Hag. — 3 ..ERVNT Ant. — 4 ...TI · PRAEF Ant., ...CTI · PRAEF Hag., ...ECTI· PRAEF Sch. itemque Boch., qui notat E recens adpictam esse idemque indicat Hag. Non audeo emendare *praefECTI · PRAEt.*

196 Aventici in museo.

IT · IIIIIV

Descripsi.

---

197 Aventici in museo.

II
COLC
AERE
IVSE

Descripsi.

---

198 Aventici in exteriore pariete sacelli S. Mariae Magdalenae vidit *Stumpf* ibidemque adhuc extat.

aeLIAE · MODESTINAE ✲
QVAE · VIXIT · ANNIS · II · M · VI
AELIVS · CLADAEVS · ET · CANI
NIA · MODESTINA · PARENTES
FILIAE · DVLCISSIMAE
POSVERVNT

Descripsi. Apian. p. 455, ubi huius pars male coniuncta est cum n. 164; Antiquus apud Stumpf. cod. 47 p. 113; Stumpf cod. 47 p. 95, ed. VIII, 17; Tschudy cod. 105 f. 11. 195 ed. p. 158; Simler cod. 102 f. 30; Grut. 665, 1 a Commelino; Plantin. p. 263 ex Simleri cod. et Stumpfio; Scheuchzer it. 1706 p. 421; Wild p. 213; Hagenbuch cod. 283 p. 201 qui exscripsit; Donat 352, 9; Orelli 376 = 185; Osann p. 560; Amati p. 213.
1 L · AELIAE Ap., quod prodit supplementum; AELIAE Ant. St. et plerique, ..LIAE Grut. Hag. ego. — 3 potest etiam legi CIADAEVS.

---

199 extra Murten in eccl. S. Mauritii *Stumpf.* Extare negat *Wild* p. 190; at vidit adhuc ingressuro templum ad sin. *Hagenb.*, etsi legere non potuit. Hodie non reperitur Murteni; Aventici hodie extare ait *Orell.*, male puto.

D · M ·
HIBERNIAL
VALENTINA

Stumpf cod. 47 p. 101 ed. VIII, 18 (inde Grut. 873, 6. 913, 15). Tschudy cod. 105 f. 10. 75 ed. p. 159. Simler cod. 102 f. 31 (ex hoc Plantin. 1656 p. 268). Scheuchzer it. 1709 p. 501. Hagenbuch cod. 286 f. 25. Levade p. 33. Orell. 355. 379 = 162.
A Stumpfio pendent omnes; Scheuchzerus enim nihil legere potuit nisi EN, Hag. nihil nisi D.

200 Münchweiler in atrio coenobii *Stumpf*, ibidemque adhuc extat in castro.

protome mul.

IVLIAE CEN
SORINAE
CN IVL CAV *sic*
PIVS PATER

Contuli. Antiquus apud Stumpf. cod. 47 p. 114; Stumpf cod. 47 p. 100, ed. VIII, 18; Tschudy cod. 105 f. 10. 96, ed. p. 161; Simler cod. 102 f. 32; Grut. 688, 7 ex schedis Commelini i. e. e Stumpfio; Wild p. 228; Hagenbuch cod. 286 p. 197 q. v. a. 1727; Bochat I, 482; Haller I, 11 = 13; Orelli 371 = 180; descripsit G. Wyss.

---

201 Murten in pariete parochialis templi extra oppidum S. Mauritio dicati *Stumpf*. Montillier prope Murten *Hag.*, quod idem est. Nunc extat Murteni intra moenia in eccl. Francogallica.

D · M ·
T · NIGRI
SATVRNIN
SATVRNINA
GANNICA
LIBERTA ET
CONIVNX
F · C ·

Contuli. Stumpf cod. 47 p. 101, ed. VIII, 18 (inde Grut. 948, 4); Tschudy cod. 105 f. 10. 95, ed. p. 159; Simler cod. 102 f. 31 (ex hoc cod. Plantin. 1656 p. 267); Scheuchzer it. 1709 p. 501; Hagenbuch cod. 286 p. 23 qui vidit a. 1727; Levade p. 33; Orell. 354. 378 = 161.

---

202 in Wifelsburg ligt ein gantze Saul auff der gassen *Stumpf* similiterque reliqui. Paullo post videtur interiisse; certe non extabat aetate *Wildii* p. 189. 216.

D M
SEVERIAE
MARTIOLE
SEVER · MAR
CIANVS
FRATER
F · · C

Stumpf cod. 47 p. 96, ed. VIII, 17, a quo pendent reliqui: Tschudy cod. 105 f. 12. 95, ed. p. 158; Simler cod. 102 f. 30; Grut. 852, 1 e Stumpfio; Plantin. 1656 p. 263 ex Simlero ms. et Stumpfio; Wild p. 272; Orelli 377 = 186.

3 MARTIOLE St. cod. indeque Tsch. (nisi quod f. 95 est MARTIOLÆ) et Siml.; MARTIOLAE St. ed.

203 Aventici fragmenta tria eiusdem lapidis *Schmid.* rep. 30 Sept. 1746 *Bochat.*

a S I N
NAV'F

b IATORIA
RVCTAN

c VM

Bochat I, 476 qui non habet nisi primum; Gruner ad Hagenb. ep. ms. 1752, 16; Schmid 1760 p. 15, 1771 p. 11; Orelli 381 n. = 189 per Levadium ex Bochato; 396 = 212 per Hallerum II, 250 ex Schmidio.

Primum do ad ectypon Grunerianum, ubi in marg. notatur 'al. ONAV'F'. Inde Schmid NAVT emendans effecit ordinem (vel patronum) nautarum. Contra Bochatus inde excudit coloniam Aventicum sic:

. . . SIN
. OL AV F

Alterum do item ad ectypon Gruneri; Schmid sic quasi duo essent fragmenta:

ATORIA
TRVCTAN

---

204 Aventici in sacello S. Mariae Magdalenae *Stumpf Tsch. rel.* Extare negat *Wild* p. 189.

CAIO LAELIO ·

Stumpf cod. 47 p. 95, ed. VIII, 17, a quo pendent reliqui: Tschud. cod. 105 f. 11. 95, ed. p. 158; Simler cod. 102 f. 30; Lips. p. 26 a Paulo Gul., qui adiunxit ad n. 175; Grut. 427, 12 ex Lipsio; Plantin. 1656 p. 261; Orelli 395 = 207. Fuit ... *Philocalo*, *L. Aelio* ... vel eiusmodi quid, certe non *Gaio Laelio.*

---

205 Avenches chez M. le Banderet Fornalla.

NSA

Hagenbuch cod. 283 p. 211 q. v., inde Orell. 397 = 209.

---

206 Aventici in museo.

B SANCTI
ANCTIFI
TES

Descripsi.

207 Aventici in museo, fr. epistylii magni.

RIN

Dederunt G. Wyss et Troyon.

208 Aventici in museo.

BER
RAT
IVA

Misit Troyon.

209 Aventici in museo litt. cub.

Descripsi.

210 Aventici in museo.

Descripsi.

XIV. *Allmendingen et Amsoldingen prope Thun.*

211 aeneae secures eius quam vides magnitudinis sex, rep. a. 1824/5 in ruinis templi detecti in vico Allmendingen prope Thun. Figura primae, secundae, quintae fere eadem est, tertiae paullo diversa. Primam, secundam, tertiam servat Bischof advocatus, quintam Lohner, Thunensis uterque. Quarta et sexta quo pervenerint, scire non potui.

1. IOVI
2. MATRIBVS
3. MATRONIS
4. MERCVRIO
5. MINERVAE
6. NEPTVNI *sic*

Contuli 1. 2. 3. 5. Bibliotheca Thunensis inter Lohneriana exempla omnium servat accurate picta, ad quae n. 2. 5. ligno incidi iussi. Ed. Schweiz. Geschichtsforscher VIII p. 435 tab. 5 lap. expressas (inde Iahn Bern p. 156).

212 rep. bipertita a. 1816 in vico Amsoldingen prope Thun in crypta ecclesiae, ubi vidi partem inferiorem; superiorem adhuc ibi extet, ignoro. Ceterum litterae incisae sunt non tectorio, ut ait Wagner, sed ipsi lapidi, quem calcareum esse et ex Stockhorni lapidicinis excisum harum rerum periti consulenti mihi rescripserunt.

?q AMILL POLYNICES
n ATIONE LYDVS ARTIS
a VRIFEX CORPORIS
f ABR TIGNVARIORVM
5 a PVD EOSDEM OMNIB
h ONORIBVS FVNCTVS

VX VIXIT ANN LX/I
e T Q AMILLIO TAVLO
f ILIO EIVSDEM ARTIS
10 e T CORPORIS QVI VIXIT
a NNOS AETATIS XXXIII

Contuli partem inferiorem. Ed Sigm. Wagner in Schweiz. Geschichtsforscher II (Bern. 1817) p. 156 (inde Orell. 417 = 230. Iahn Bern p. 265). — Inter 6 et 7 nomen uxoris intercidit.

213 litteris bonis, sed in versuum principiis valde detritis; Amsoldingen prope Thun rep. in crypta ecclesiae antiquissimae a. 1816 *Wagn.* Ibidem adhuc extat.

D · M
ꝺAVIAE · PVSINNAE
VXORI KARISSIMAe
ꝑ PVDICAE · PIIS
5 SIMAE
qVAE · VIXIT · ANN · XVIII
DIEBVS IIII
⁘ ACILIVS THESAEVS
pERINDe KARISS · MARIT
10 F · C

Contuli. Ed. Sigm. Wagner in Schweiz. Geschichtsforscher II (Bern. 1817) p. 155 addita v. l. (inde Orell. 418 = 231); Antiq. Iahn Bern p. 264.
Dedi quod mihi visus sum deprehendisse; varia lectio haec est omissis tamen meris Wagneri erroribus. — 2 IVLIAE·PVSINNAE Wagner. ..... PVSINNAE eiusdem v. l. — 3 KARISSIMAE Wagner. — 4 pro ꝑ (quam hederam dubius deprehendi) AC Wagner, quae particula iure offendit Orellium. — 6 QVAE Wagner. — 9 PERINDE verum videtur, quamquam hodie non apparet nisi /II/IND/; ultima enim littera E quidem nunc est, sed aperte profecta a manu recenti.

214 Amsoldingen prope Thun rep. aestate a. 1809 in fundamentis aedium canonici cuiusdam *Hall.*; extat ibidem in castro hodie Tscharneriano.

D · M
MATI ꝺIAE PV
/INNAE QVAE
VIXIT · AN · XXV/
5 MAT·PERVINC
VS · PATR · F · C

Contuli. Haller II, 296; Orell. 5066 ed. 1 a Bridelo; Orell. 232 ed. 2 a Carolo Lohner.
2 in spatio inter I et I, trium fere litterarum, prior pars numquam videtur scripta fuisse propter lapidis vitium; littera C valde incerta est. — 3 SINNAE Bridel solus.

XV. *Muri et Rapperswyl pagi Bernenses.*

215 in basi statuae aereae mulieris stantis vestitae, quae dextra pateram, sinistra fructus in sinu tenet; adstant ara fructibus onerata et quercus. Rep. 1832 d. 16 Maii Muri prope Bernam ad aedes parochi. Extat Bernae in museo.

DEAE · ARTIONI
LICINIA · SABINILLA

Allg. Schweizerzeitung ephemeris Bernensis die 8. Iun. 1832 (inde Bull. dell' Inst. 1832 p. 167 et Orelli ... = 236): Studer p. 51 tab. III n. 4; Deycks rheinl. Jahrb. XI, 3; Iahn Bern p. 392.

216 in basi statuae aeneae mulieris stantis vestitae, rep. 1832 d. 16 Maii Muri prope Bernam ad aedes parochi. Extat Bernae in museo.

DEAE
NARIAE
REG · ARVRE
CVR·FEROC·L

Allg. Schweizerz. ephemeris Bernensis die 22 Iun. 1832 (inde Bullett. dell' Inst. 1832 p. 167 et Orelli ... = 235); Studer p. 53 tab III n. 6; Deycks rheinl. Jahrb. XI, 3; Iahn Bern p. 392.

217 in basi lapidis calcarei ex monte Iurasso; superne visuntur foramina pedibus statuae apta. Extat Rapperswyl (in praefectura Aarberg, Bern), ubi denuo rep. est a. 1814 in ecclesiae porticu; nunc est in hortis sacerdotis.

M E | *r c* | VRIO · AVG
STA | . . . . . | NINCANVS
EX·V | *oto pe* | CVNIA · SVA
feci | T

Ectypon Grunerus misit Hagenbuchio ep. ms. 1752, 16 coll. 1760, 217; Schmid 1771 p. 52; Haller von Königsfelden Schweiz. Geschichtsforscher II (1817) p. 308; Iahn Bern p. 349; Orelli 419 = 234 ab al. et Lehmanno, cuius vidi ipse epistulam datam Rapperswyli 8 Nov. 1842.
Misso Iahnii exemplo pessimo reliquorum quattuor v. l. haec est: 1 ME.. Lehm., M.. Hall., om. Grun. Schm. — 2 SA.. Hall. — ..INCANVS Schm. — 4 om. Hall.

XVI. SALODVRVM *VICVS HELVETIORVM (Solothurn).*

Acc. Leuzingen.

218 Solothurni in fundamentis eccl. collegiatae rep. 30 Oct. 1762 ('bey der sogenannten schmiden Cappel bey dem Eingang zu dem Thurn') *Wall.* Deinde quo pervenerint titulus hic et simul reperti, *Glutz-Blotzheim* narrat his verbis: 'Mittlerweile lagen diese Inschriften zerstreut in Staats- und Privatgebäuden aller Art, und wurden zuletzt sogar auf dem Bollwerke, unter den Linden, den Zerstörungen der Witterung Preis gegeben. Erst vor ungefähr zwei Jahren [i. e. a. 1808] wurden sie alle eingemauert in die Wände der Hallen, auf denen das Rathhaus ruht'. Extat loco indicato in curia.

IN HONOR DOM
DIVIN APOLLINI
AVG T CR PATTV
SIVS TEMPLVM
D S D DEDIT

Contuli. Cod. Wallier p. 247. 252. 276; Hagenbuchii amicus cod. 286 fasc. rep.; Haller II, 360 ex apographo Hermanniano misso a Zurlaubeno; Glutz-Blotzheim Soloth. Wochenbl. 1810 p. 38; Orell. 404 = 217; I. B. B. Soloth. Wochenbl. 1846 p. 66; descripserunt Schulthess (Zeichn. der a. G. I, 106) et Dubois.
3. 4 pro nomine et cognomine Wall. (inde Hall.) dedit DEMECENVS, quod petitum est ex n. 220.

219 Solothurn nit weyt von der Mezg an eines Burgers hauss *Stumpf.* in via scholastica [male pro *Schalgasse* vertit *Schulgasse*] ad parietem domus privatae *Lips.* Adhuc extat loco antiquo id est Schalgasse n. 15.

DEAE · EPONAE · MA
PILIVS · RESTIO · M
l EG · XXII · ANTONI
ni ANAE · P · P · F · IMMV
ni S · COS · CVRAS A
ge NS · VICO · SALOD
d·d XIII · KAL · SEPTEMB
D · N · ANTONINO p. C. 219.
II · ET · SACERDO *te*
II · COS
V · S · L · M

Contuli; sed colore albo obducta male legitur. Stumpf cod. 47 p. 102. 115 (hic adiectis supplementis Tschudianis), ed. VII, 25; Tschudy cod. 105 f. 9. 99, ed. p. 166; Simler cod. 102 f. 35; Lips. p. 28 adscitis neque discretis supplementis Stumpfianis (inde Grut. 87, 4); Guillimann. p. 376 similiter; Hagenbuch cod. 286 p. 109 q. v. a. 1727; Bochat II, 507; Schoepflin Als. I, 442 q. v.; Ruchat hist. ms. I, 1, 102; cod. Wallier p. 257. 275; Donat. 56, 2 e schedis Gnocchi qui corrupit textum Stumpfianum; Haller I, 185 = 211; Orell. 402 = 215; Soloth. Wochenbl. 1846 p. 12; I. B. B. ibidem p. 81.

1 MAX Schoepfl., MAT 'sic' Hall.; ex supplemento sine dubio uterque. — 5 CVRA · SA omnes, nisi quod CVRA SA · sine puncto ante s antiquissimum exemplum cod. 47 exhibet; neque ego data opera quaerens punctum vidi, ut iam mea mihi interpretatio satis certa esse videatur. Certe *Salenses*, *Salienses*, *salinae Sequanae* quae ex illa lectione effecta sunt non multis praeter cuiusvis opinionis auctores probabuntur.

220 basis litteris non bonis, in cuius parte summa foramina duo olim videbantur pedibus statuae immittendis; Solothurn in fundamentis eccl. collegiatae rep. m. Iun. 1762 *Wall. Schoepfl. Hall.* Extat in curia.

pedum vestigia

GEN'/// VBLIC
IN HONOREM
D O M D IVIN
ARAM CVM SI
GN · SVECCONI
DEMECENVS
DE SVO POSV
IMP D N ANTO*n ii* p C. 219
ET SACERDOT*e ii*
COS

Contuli. Cod. Wallier p. 246. 248. 267. 275. 289. 291. Muthm. p. 24; Hagenbuchii amicus cod. 286 fasc. sep.; Schoepflin in act. acad. Theod. Pal. III, 171 aere expr.; Haller I, 189 = 215 ab Hermanno canonico Salodurensi; Glutz-Blotzheim Soloth. Wochenbl. 1810 p. 38; Orell. 403 = 216 ab his et Luethio et Zeerledero; I. B. B. Soloth. Wochenbl. 1846 p. 69; descripserunt Schulthess (Zeichn. der a. G. I, 106) et Dubois.

1 sic (nempe *genio publico*) legendum esse conieceram ex typo eorum quos tum noram antiquissimo eodemque simplicissimo Hagenbuchiano GEN////VBEEC (quod ibi explicat descriptor Genio Ubiorum et coloniae), quo proxime accedunt qui postea mihi innotuerunt typi Wallierani p. 247 et alibi GEN VBIC, p. 248 GEN VBIIIC. Postea reperi in lapide quod supra dedi. GEN///C///VERBIC// Schoepfl., GEN///P·VERBIG Hall., GENIO///VRBIG Gl. Bl. et amici Orellii, CEN///VRBI/// Schulth., GENI///VRBIC Dub., GENI///VRBIG I. B. B.; intruserunt scilicet ex Caes. b. G. I, 27 *pagum Verbigenum* vel deteriores aliquot Caesaris libros secuti *Urbigenum*.

---

221 Soloturri apud D. Surry *Spon Wagn. Ruch.* Frustra indagaverunt *Wall.* et nescio qui (Glutz-Blotzheim?) in *Soloth. Wochenbl.* 1810 p. 209.

MERCVR · AVG · VALER · HISPA
NVS · IIIII · VIR · AVG · LVGVD
EX S · V O T O

Spon misc. (1685 vel potius 1679) p. 171, cui dedit Stoffel ducis Virtemberg. Neustad. consiliarius. Ex hoc pendent reliqui: Wagner (in ed. 1 deest) ed. 2 (1688) p. 147, ed. 3 p. 182; Ruchat hist. ms. I, 3, 13; cod. Wallier p. 276; Haller II, 360 (ex. cod. Zolleri p. 598, qui descripsit e Wagnero); Orell. 405 = 218.

222 litteris pulcherrimis, Solothurni in fundamentis eccl. colleg. rep. 1762 *Hag.* Videtur periisse.

VIMIC
DE RE PVBL RI
TVER·E ARaM Œ SVC·f.
D D

Cod. Wallier p. 246. 250. 271. 275. 289. 291. Muthm. p. 23; Hagenbuchii amicus cod. 286 fasc. sep.; Haller II, 363 a Zurlaubeno; ex his Orelli 415 = 228.

1 VF W. p. 275 m. 2, p. 291, Muthm. p. 23, praeterea VI (/NI p. 271); om. Hall. — AAIC Hag. W. p. 271; NBIC W. Muthm. p. 23 m. 2 similiterque p. 275 m. 2, p. 291, MEL W. Muthm. p. 23 m. 1, p. 275 m. 1; AAE W. p. 250; ME W. p. 246 Hall. — 2 DEREPVBLRI W. p. 250 m. 1, p. 271. Hag.; DEREPVPERI W. Muthm. p. 23, p. 275 m. 2, p. 291; DEREPVPER W. p. 275 m. 1; DEREPVBIC vel DEREPVBLIC W. p. 246 p. 250 m. 2; DEREPVBL Hall. — 3 sic Wall. fere et Hag., nisi quod ubique legitur ARM pro *aram*; CESVC est apud W. p. 271 et ita fere Hag., nisi quod hic dat SV/; CESVS, quod fere idem est, legitur Muthm. p. 23. Reliqua exempla ab his non differunt nisi levibus calami erroribus.

---

223 Solothurni in fundamentis eccl. colleg. rep. 1762 *Hag.* 'bey der Portten da man ehemalen auf den Thurm gestigen' *Wall.* de parte secunda; prior mox prodiit d. 26 Maii 1762. Extat in curia.

d M
L CR*ass*ICI COR
BVLON*i* S IIIII VR
AVGG I///LI PRIM
VS ET S CCALVS
FILI · E*i* VS · PONN
D M C VRAVER
VNT

Contuli. Cod. Wallier p. 247. 251. 273. 275. 289 Muthm. p. 23. 24; Hagenbuchii amicus cod. 286 fasc. sep.; Haller II, 363 a Zurlaubeno; Glutz-Blotzheim Soloth. Wochenbl. 1810 p. 36; Orell. 414 = 227; I. B. B. Soloth. Wochenblatt 1846 p. 61.

2 supplevi ex n. 224. — 3. 4 solve *sevirum Augustalium*; cuius generis exempla non valde rara sunt, ut I. N. 5373. — 4 I . . . BLI potius quam I . . . SLI.

224 Solothurni in limine portae maioris S. Ursi *Stumpf* rep. 1762 in templi pronao; ('bey dem Eindritt in der alten Kirchen vor beyden grosen portten gelegen'); haec prodiit prima *Wall.* Frustra quaesivit nescio qui (Glutz-Blotzheim?) *Soloth. Wochenbl.* 1810 p. 208; extare negat *I. B. B.*

T · CRASSIO
AVITO · F
AN XXXV

Stumpf cod. 47 p. 239 et aliter p. 102 ed. VII, 25 (ex hoc exemplo pendent Tschudy cod. 105 f. 9. 99. ed. p. 165; Simler cod. 102 f. 36; Grut. 868, 5 ex Stumpfio, 909, 3 a Commelino); cod. Wallier p. 246. 249. 270. 275 Muthm. p. 23; Hagenbuchii amicus cod. 286 fasc. sep.; Orell. 408 = 221; I. B. B. Soloth. Wochenbl. 1846 p. 62.
Stumpfii duo exempla et Walliero-Hagenbuchianum plane conveniunt, nisi quod hoc in fine non est fractum et 1 dat CRASSIO; Stumpf p. 239 CRASSI....

---

225 Solothurni inter lapides in fundamentis eccl. colleg. a. 1762 repertos.

C · DECIMÆ
DEC · DECIM
ANVS
FRATER

Cod. Wallier p. 253. 257. 276. Muthm. p. 25.
2. 3 DEC · DECIM || ANVS p. 253, DEC · DECIN || ANVS p. 257; DECIMIANVS Muthm. p. 25; DECIMIAN p. 276 (omisso DEC utroque loco).

---

226 Solothurni in eccl. S. Ursi ara maxima, in sarcophago in quo condita sunt ossa S Ursi.

ascia
D M
FL · SEVERIANAE

Stumpf cod. 47 p. 102 ed. VII, 25 (inde Tschudy cod. 105 f. 9. 98, ed. p. 165; Simler cod. 102 f. 36; Guillimann. p. 378; Grut. 912, 3 e Stumpfio); cod. Wallier p. 254. 257. 276 Muthm. p. 25; Orell. 409 = 222; I. B. B. Wochenbl. 1846 p. 58 ligno expressa.

227 Solothurni in fundamentis eccl. colleg. rep. 1762 (pars inferior m. Aug.) *Wall.* Pars superior extat in curia.

ascia
D M
S · IVN MA
IORI N I E I
LI EIVS CV
5 RAVERVNT

Contuli quod extat. Cod. Wallier p. 247. 251. 258. 272. 276. Muthm. p. 24; Hagenbuchii amicus cod. 286 fasc. sep.; Glutz-Blotzheim Soloth. Wochenbl. 1810 p. 36 omissa parte inf.; Orelli 413 = 226 ab al. et Schulthessio (Zeichn. der a. G. I, 106); I. B. B. Soloth. Wochenbl. 1846 p. 62 omissa parte inferiore.
3 IORI[illegible] Hag. et ita fere optima exempla apud Wall. — 4 [illegible]CV Hag. Wall. p. 272.

---

228 Solothurni in fundamentis eccl. collegiatae rep. 15 Iun. 1762 *Wall.* Extat in curia.

D M
MEMORINÆ
SEVERIANVS
PATER
F C

Contuli. Cod. Wallier p. 246. 249. 268. 275. Muthm. p. 24; Hagenbuchii amicus cod. 286 fasc. sep.; Haller II, 363 a Zurlaubeno; Glutz-Blotzheim Soloth. Wochenbl. 1810 p. 35; Orelli 412 = 225 ab al. et Schulthessio (cuius typum v. Zeichn. der a. G. I, 106); I. B. B. Soloth. Wochenbl. 1846 p. 54.

---

229 Solothurni rep. in fundamentis eccl. colleg. 15 Iun. 1762 *Wall.* Extat in curia.

D
PARDV*s fil*
RIPARI · F*atris*
Q · V · ANN · A
5 QVETA MATE*r*
PRINCIP · IIS · I
TER·ET PATE*r*·S·S·
F C



Contuli. Cod. Wallier p. 247. 252. 276. Muthm. p. 24; Glutz-Blotzheim Soloth. Wochenbl. 1810 p. 36; Schulthess Zeichn. der a. G. I, 106; ex utroque Orell. 416 = 229.
3 punctum post RIPARI dubium.

230 Solothurni in fundamentis ecclesiae collegiatae rep. aestate a. 1762 *Wall.* Extat in curia.

D · M
SEVERI CV
RAVERVNT
FRATRES
EIVS

Contuli. Cod. Wallier p. 246. 249. 269. 276. Muthm. p. 25; Hagenbuchii amicus cod. 286 fasc. sep.; Haller II, 363 a Zurlaubeno; Glutz-Blotzheim Soloth. Wochenbl. 1810 p. 35; Orelli 411 = 224 ab al. et Schulthessio; I. B. B. Soloth. Wochenbl. 1846 p. 54.

---

231 Solothurn zwischen Altiswyl und St. Catharinenkirch a. 1687 *Ott* ap. Zoll.; extat in aede S. Catharinae.

| D M VF
ST/ATILI APRONI · MA
TVGENIAE MARCELLI
NAE·STATILI PATERNI

Contuli. Io. Bapt. Ott descripsit a. 1687 (inde cod. Zolleri p. 600; Hagenbuchii cod. 286 p. 135); Scheuchzer it. 1711 p. 592; Hagenbuch q. v. a. 1727 cod. 286 p. 137; Schoepflin q. v. Als. I, 581 et in Hagenbuch. ep. ms. 1744, 32; cod. Wallier p. 254. 258; Schmid 1760 p. 115 q. v. (inde Donat. 383, 5); Donat 432, 4 a Gnocchio; Glutz-Blotzheim Soloth. Wochenbl. 1810 p. 99; Orell. 410 = 223; I. B. B. Soloth. Wochenbl. 1846 p. 50.
1 VF postea adiectum est.

232 Leuzingen (Bern, non longe a Solothurn) in agro dicto *Türneren* rep. 1843. 'Jurakalkstein, 5′ hoch, 1½′ breit, als Abweisstein beim Garten des Grundbesitzers aufgestellt'.

D · M
M · ANNOTIVS
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
CONIVX

Iahn Bern p. 117, qui 2 incertum esse notat.

---

233 Solothurni 'an. 1770 den 6. mertzen under der alten Regin (?)' *Wallier.*

D M
. . . . ERES
. . . . C . . .

Cod. Wallier p. 256. 257. 276 Muthm. p. 25.
2 . . ETE W. p. 256.

XVII. *Olten.*

234 Olten cis pontem iuxta oppidum *Hall.*, quo loco collocatam esse et hanc et n. 235 eodem tempore quo certam sedem invenerint Salodurenses, narrat *Glutz-Blotzheim* (Soloth. Wochenbl. 1810 p. 34).

D M
F/t MEMORIAI/
CINNENI SECVN
DI VIXIT ANNC//
XXI · M · VIII
CINNENIVS
SECVNNVS · I// *sic*
ET CINN · SECV/
/)IN · FRATER · FA
cIEND · CVRAV/

Contuli. Haller II, 307 q. v. a. 1807; Arx Gesch. des Buchsgaus p. 11 (inde Orell. 5025 ed. 1); Orelli 435 = 238 ex his et a quodam amico.

235 Olten ʿan der Brug thor zu der rechten Seitten in dem Gemeur überzwerch' *Wall.* ʿposé en travers dans le mur de la ville en y entrant' *Zurl.*, qui rep. 9 Iul. 1778. Nunc extat ad pontem.

ET MEMORIAE R · I/
GATINI · ROMVLI
FRATRIS SENATI
ROMANI INTI/
CEPTVS VIXIT AN
XXV SAI · AVENTINA
ET SAI·SENATVS PA
//RES POSVERVNT

Contuli. Cod. Wallier Muthm. p. 28. Zurlauben et apud Labordium (tableaux topograph. de la Suisse Paris 1780 fol. I, p. 11) et in libello: le soleil adoré par les Taurisques sur le Mont Gotthardt p. 15; Haller Schweiz. Mus. 1786 p. 225 Helv. I, 29 = 33 ab Hermanno Salodurensi; Ildeph. ab Arx Gesch. der Landgr. Buchsgau (St. Gallen 1819. 8) p. 11 ligno inc. (inde Orell. 5025 ed. 1); Fisch Helvetia IV, 427; Orelli 434 = 237 ed. 2 praeter hos a duobus qui viderunt.

Lapis lectu difficilis; I, E, T vix differunt. — 1 ne cogites de MEMORIAE AETERNAE litteris ligatis. — 4. 5 est *interceptus.* — Exempla Wallierii et Arcis satis accurate facta sunt; contra imperita fraude excepta Zurlaubenianum et Hallerianum, quae appono, quoniam quodammodo pro falsis haberi possunt:

	Zurlauben:	*Haller:*
vel IMPERATORI AV	II MEMORI AV	IMPERATORI TIB
vel GAII NERON VL	GAIO NERONI VL	CLAVD NERON QVI
	TRA IVR*assi* VALL	TRANSIVRASSI VALL
	ROMAN · INVII	ROMANIS INVIAM
i. e. SVPRA ARAM vel ARAM AMNEM	CEPTV SVP..AN	COEPIT SVPERARE
vel VICANI VLTINA	ISANI VLTINA	VICANI VLTINAT
	.....NAV · STAN	ENSES · NAVIGANT
	TES POSVERVNT	ES POSVERVNT

XVIII. TVRICVM *VICVS HELVETIORVM (Zürich).*

Acc. Kempraten et Iona.

236 Turici in colle Lindenhof rep. a. d. XV kal. Iun. 1747 ʿin complanandis tilieti huius ambulacris occupati fossores arenarii dum terram egerebant qua loca aliquot depressiora replerent, incidunt in saxa quaedam grandiora varii artificii et prorsus diversae aetatis haud procul ab invicem nullo ordine iacentia, quae haud ita multis ante nostram aetatem seculis ad solum ibi tunc depressius cum reliquo solo altiore exaequandum ex locis haud longe dissitis eo comportata et confuse permixteque prout casus dederat terrae videntur fuisse mandata. Haec inter rudera lapis noster delitescebat; pars scripta prona sub terra iacebat' *Hagenbuch* p. 481. Extat Turici in bibl. civium.

D M	*D(iis) M(anibus)*
HIC SITVS EST	*hic situs est*
L AEL VRBICVS	*L. Ael(ius) Urbicus*
QVI VIXIT AN	*qui vixit an(no)*
VNO · M V · D V ·	*uno m(ensibus) V d(iebus) V*
VNIO · AVG LIB	*Unio Aug(usti) lib(ertus)*
P P · STA TVRIC	*p(rae)p(ositus) sta(tionis) Turicen(sis)*
XL G E Æ SECVN	*quadragesimae G(alliarum) et Ael(ia) Secundin(a)*
P DVLCISSIM · F	*p(arentes) dulcissim(o) f(ilio)*

Contuli. Hagenbuch τεσσεραποστολόγιον Turicense s. epist. epigraph. (Turici 1747. 4.) p. 473–620, aere inc.; Gerbert p. 38 item aere expr.; Haller I, 15 = 17; Meyer in Gerlachii Schweiz. Mus. I, 128. II, 64–75; Orelli 459 = 266. Adscripsi Hagenbuchii interpretationem rectam eam quidem et defensam docto commentario, qui tamen ita longe lateque vagetur et divagetur, ut et facete et iuste Reiskius ad eum applicarit Plautina illa: ʿSi ante lucem ire occipias' a primo epistolae titulo, ʿConcubium sit noctis priusquam ad postremum perveneris'.

237 Ionae (prope Rapperschwyl ad lacum Turic.) ante portam ecclesiae *Tsch.* 'inscriptio non legitur parte scripta parieti templi applicata' *Scheuchzer* it. 1710 p. 528. Denuo ibidem (nempe ad angulum ecclesiae qui respicit Russkilch et lacum) a. 1722 reperit inversam et conversam reposuit *Hagenb.*; dudum frustra quaesita nuper tertio retecta est ibidem. Modo prostat in ecclesia.

C OC·PROVIN
CIALIS SIGN C
C V[illegible]/GIVS VIS
/ / / / PRO SE S/
/ / / / /N N I S

238 Kempraten prope Rapperschwyl ad ripam lacus Turic. (qui vicus Centoprata dicitur in instrumento saec. VIII Mitth. der a. G. in Zürich II p. 10) rep. m. Apr. 1829 in thermarum reliquiis *Or.* Videtur periisse.

. . . . . .
RO·HSVS
V S *l* L M

Orelli n. 5039 ed. 1 (in ed. 2 deest) a Neuhausio.
1 HS et VS ligatae fuerunt. Fuitne *Aphrodisius*? — 2 VSTLM Or.

Descripsi et ad lapidem et ad ectypon mus. Turic. gypsaceum. Tschud. cod. S. G. 1083 p. 68; cod. 105 p. 4. 74, ed. p. 110 (inde Simler cod. 102 f. 19; Guillimann. p. 37, ex hoc Grut. 444, 7; Haller I, 9), qui interpolavit. Hagenbuchius bis dedit diverse, et in epistolis a. 1722, 33 et in inscr. cod. 285 p. 2. Orell. 470 = 278, qui male Hagenbuchio tribuit lectionem Tschudianam.
Lectio in plerisque non satis certa est. — 2 SIGNO Hag. qui in hoc verbo desinit itaque visum est mihi etiam in lapide posito tamen in loco obscuro et incommodo; contra in ectypo videor mihi deprehendisse *signiferum cohortis*, quae lectio certe commodior est. — 3 valde incertae lectionis est; fortasse inest nomen *C. Valgii* vel *Ulagii Vestalis*. — 4 *pro se suisque* satis clare apparet. — Ceterum adscribam lectionem Tschudianam, quam interpolatam esse lapide sedulo collato testari possum:

C · OC · PROVIN
spatium
S · L · D · D · D

XIX. VITVDVRVM *VICVS HELVETIORVM (Oberwinterthur).*

239 'Constantiae tabulam inveni marmoream vetustas litteras continentem, ex quibus apparet a Constantio Constantini patre hanc urbem nomen cepisse, cum prius Vitudura nuncuparetur. Hanc tabulam nemo Constantiensium legere scit tenetque vulgus opinio esse sanctuarium quoddam praecipuae religionis. Itaque mulierculae et cetera imperita turba fricandis per eam manibus et ad faciem refricandis iam litteras paene totas ex tabula deleverunt, cum tamen ibi scripta sint non sanctorum Christi sed persecutorum fidei Christianae nomina' *Leon. Aretinus* (1414). Constantiae in sacello S. Blasii iuxta chorum cathedralis ecclesiae *Apian.* similiterque *Stumpf.* 'Zu Costanz fint man keine römische Antiquiteten, dan allein ein stein ist gebrochen, den habend die heidnischen keiser alda lassen machen, als sy die statt Winterthur, so von Alamannieren zerstört, wider buwen lassen, hat sich doselbshin sollen furen über der statt porten zu sezen, ist uss Hinlessigkeit oder vilicht durch andere Införe nit geschähen, und also zu Costanz bliben ligen. Das grösser stuck ist nochwerz innwendigen in Sant Blasius Cappel, so nechst bim thum ist, in die muren gesezt, da es noch stat. Das kleiner stuck ist noch Anno dn̄i 1520 vor der Cappel uf der erden gelegen, und sidhar durch die steimezen oder murer hinweg kommen, vermuret und sonst ze grund, beide stuck hab ich des gemelten Jars in miner Jugend eigentlich abgeschriben' *Tschud.* suo mendacio. Loco eo quem Apianus indicat titulus fractus adhuc extat; errore enim inde extractum et ad nescio quod aedificium in hortis adhibitum cum hoc periisse narrat *Rappenegger* Inschr. von Baden p. 1. — Vituduri nemo testium vidit apparetque ex iis quae narrat Aretinus iam saec. XV incipiente titulum dudum prostitisse Constantiae. Vituduro tamen avectum esse Constantiam, quod coniecit iam Rhenanus et admiserunt reliqui omnes, et ipse verum puto; avexerit episcopus aliquis Vindonissensis Constantiensis dioeceseos, quae tractum Vitudurensem complectebatur, sive sacri cuiusdam usus causa male intellecti sive ut ex nomine Constantii v. 5 Constantiae suae antiquam originem comprobaret. Quare non dubitavi recipere, etsi titulus hodie Badensium est, non Helvetiorum.

	im/P · CAES · G · AVRE · VAL · DIOCLETIAN	*us pont · max · ger · max · ii*
p. C. 294	SAR · MAX · PERS · MAX · TRIB · POT · XI · IM	*p · x · cos · u · p p procos · et*
	IMP · CAES · M · AVR · VAL · MAXSIIMI/	*nus pont · max · ger max · sar*
	MAX · PERS · MAX · TRIB · POT · X · IMP · VIIII · C(	*s·iiii p p·procos·p·f·inu augg*
5	T · VAL · CONSTANTIVS · ET · GAL · VAI	*maximianus nobilissimi*
	c\ESS · MVRVM · VITVDVRENSEM · AS	*olo refecerunt*
	AVRELIO PROCVLO V · I/ I/R	*aes. prou. dedic.*

Descripsi diligenter. Citant titulum Leon. Aretinus in epist. IV, 3 scripta Constantiae a. d. II kal. Ian. 1414 et B. Rhenanus rer. Germ. l. III (Basil. 1531 fol.) p. 128. Exhibent Apianus p. 454 (unde pendet interpolatio Panviniana Grut. 166, 9); Stumpf cod. 47 p. 106, ed. V, 10 (inde Simler cod. 102 f. 138. cod. 104 p. 18 et per Paul. Gul. Lips. p. 30), qui in cod. supplementa adscripta Tschudio refert accepta et fortasse exemplum quoque a Tschudio accepit; deinde auctam Tschudius cod. S. G. 1083 p. 68. 87. 155 (hoc loco ait se vidisse lap.); cod. S. Gall. 1089 p. 82; cod. 105 p. 82 cf. p. 4, ed. p. 134 (inde pendent Simler cod. 102 f. 13; Guillimannus p. 26; Grut. 166, 7 ex Guillimanno; Bochat I, 426 ex ms. Tschudii). Ex lapide postea exceperunt Calmet p. 90 et male Raiser Oberdonaukreis I (Augsb. 1830) p. 24. Orelli 467 = 275.

De lectione vix quidquam monendum est nisi quod antiqui tanquam ex lapide proferunt litteras hodie exesas 1 in. IM, 5 med. T, 6 in. C. In fine hodie magis imminutum esse lapidem quam fuit saec. XVI neque probabile est in titulo muro incluso neque unquam loco moto et refellitur collato exemplo quamvis corruptissimo Apiani; quare Stumpfio-Tschudio-Simlerianum apographum quas addit litteras 2 f. IMP, 3 f. MAXSIIMIAN, 4 f. COS, 5 f. VAL · M, non lectas sed additas esse arbitror. — 5 in. ☒ VAL Ap., NVAL St., FL · VAL Tsch. (in cod. S. Gall. olim videtur fuisse . . . VAL); in lapide est ET · VAL. — 7 in. ante AVRELIO nihil unquam scriptum fuit neque habet ibi quidquam Ap.; CVR · vel CVRANTE AVRELIO Tsch. St. Siml.; vide quae mox dicentur. — in fine lege *viro* PERfectissimo PRAeside *provinciae*; prior P etsi male legitur, tamen C non esse in lapide certum est. — Ad interpolationes quod attinet, missa Panviniana quae non multum nocuit, adscribam cum supplementa, quae, ut ait Stumpfius in cod., *'Aegidius Tschudi ex coniecturis literis minusculis adiecit'*, tum partem tituli quam idem dicit minorem, cuius causa postea confinxit supra recitatam fabulam.

Tschudii supplementa:

	aug · pont · max
p.	*x cos u p p et*
n	*aug · pont · max · sar*
s	*iiii p p · et impp*
m	*a x i m i a n u s*
	o l o r e s t a u r
	o c · in helvetiis

Tschudii interpolatio:

	VS · AVG · PONT · MAX ·
P	· X · COS · V · P · P · ET
N	VS · AVG · PONT · MAX · SAR
S	· IIII · P · P · ET · IMPP
M	AXIMIANVS · FILII
	OLO · INSTAVRARVNT
	· PROV · MAX · SEQ

Falsa haec esse dudum intellexerunt Masson (hist. crit. de la rép. des lettres Amsterdam 1714 p. 65) et Schoepflin (Als. I, 131) et ego nuper data opera exposui (Berichte der sächs. Ges. der Wiss. 1852 p. 208—211), quem commentarium adeat qui dubitat. Addo nunc quod postea didici hanc inscr. a Tschudio in autogr. Sangallensi p. 68 ita exhiberi, ut sub titulo *'fragmentum'* referatur pars quae adhuc extat adscriptis supplementis primum iis quae exhibuit Stumpfius (*'curante'* etiam minusculis legitur in margine, in textu puncta sunt), deinde deletis verbis *'in Helvetiis'* rescriptum est *'prov. max. Seq.'* item minusculis. Ibidem p. 87 legitur cum similibus supplementis, nisi quod v. ultimo nullum adscriptum est. Denique in cod. 1089 p. 82 similia supplementa leguntur, ita tamen ut in fine v. ultimi in textu primum fuerit *'in Helvetiis'*, quo deleto in margine scriptum est *'Rhaetiae primae'*, hoc rursus deleto: *'melius prov. Seq. Max.'*

XX. AQVAE *VICVS HELVETIORVM (Baden prope Zürich).*

240 Aquis Helveticis in thermis maioribus iu curia posteriori, lapis forma baptisterii fere, nuper ibidem inventus *Tsch. S. G.* 1083. ʿara, by den Bederen im hinderen hoff uss dem härd gegraben, die hat Graaf Ulrich von Montfort anno dni 1564 mit vergunstung der Eidtgnossen über den Bodenseeh hinuss in sin statt tettnang gefurt' *Tsch. cod. Tur. et ed.* anno ... prope vicum calidarum aquarum aram invenit Theodovirus a Monte hospes tum aulae ut vocant posterioris ad aquas, quam postea donavit Monfortio comiti, qui illam permissu Helvetiorum Tetnangam avexit *Siml.* Ulricus hic comes Montfortii († 1574) monetis etiam colligendis operam dedit (v. Vanotti Gesch. der Grafen von Montfort p. 156); sed quae collegit post mortem domini videntur dispersa esse vel pessumdata. Apud rerum Wirtembergicarum scriptores altum est de hoc titulo silentium neque hodie videtur extare Tettnangi.

DEO · INVICTO
TIB · CASSIVS
SANCTVS
ET · TIB · SANCʿE
IVS · VALENS
I E V I · L ·

241 Wettingen prope Baden in turri ecclesiae parochialis *Stumpf* ibidemque adhuc extat.

DEAE ISIDI ʿEMPLVM A SOLo
L ANNVSIVS MAGIANVS
DE SVO POSVIT VIK AQVENSB
AD CVIVS ʿEMPLI ORNAMENTA
ALPINIA ALPINVLA CoNIVNX
ET PEREGRINA FIL X C DEDE
RVNT ♀ L · D · D · VICANORVM

Descripsi cum ad ectypon ex gypso factum musei Turicensis tum ad ipsum lapidem. Stumpf cod. 47 p. 105, ed. VI, 23; Tschudy cod. 105 f. 4. 83, ed. p. 137; Simler cod. 102 f. 22; Guillimann. p. 125; Grut. 82, 9 a Commelino i. e. e Stumpfio; Merian topogr. Helvet. ad p. 51; Altmann Altes und Neues aus der gel. Welt X (Zürich 1719) p. 683 sq.; Hagenbuch cod. 286 p. 295 q. v.; Orell. 457 = 264.
3 neque VIR AQVENSIS Stumpfii neque VIR AQVENS B Hagenbuchii (de cuius interpretatione praestat tacere) verum est, sed *vikanis Aquensibus* legendum. Quod si quem moveat scripturae inconstantia in eodem lapide, consulat Marinium Arv. p. 29 sq.

Tschudy cod. 105 f. 5. 87, ed. p. 144; cod. S. G. 1083 f. 67; Simler cod. 102 f. 25 cf. f. 68; Guillimann. p. 124 (inde Grut. 21, 10) nimirum ex Tschudio; Mur. app. 6, 3 ex iisdem; Orelli 450 = 257.
Tschudius a Simlero potius pendet quam Simlerus a Tschudio; quare noli dubitare de sinceritate. — 4 SANCʿE Tsch. S. G. et cod. 105 f. 87 Siml. f. 25; SANCTÆ Tsch. f. 5 Siml. f. 68. — 6 IEVI om. Guill. Fuitne *posuerunt ex voto laeti lubentes*?

242 ʿAnno 1633 den 22 Augusti Alten Calenders ist ein Irrdiner Hafen voll silberreicher Pfenning (da die Marck 10 1/2 Loth fein hält) zwar nicht von gantz feinem Silber, und auff solchen mehrertheils der alten Römischen Keyser Bildnuss gepräget, in der Erden vergraben, inn dem Höltzlein, nicht weit von dem besagten Kloster [Wettingen] und in der Graffschafft Baden (so selbiges mahl Herr Hans Jacob Fuesslin, dess Raths zu Zürich, verwaltet hat) gefunden worden, so an Gewicht 14 Marck 4 1/2 Loth, dessen Geschirrs und der Müntzen [scilicet Sabinae Aug. et Gordiani III] hiebey zu sehen, nachdem dasselbige, wie man auss etwas Zahlen und andern gemerckten Zeichen gespüret, in die 1400 Jahr da gelegen' *Merian* 1642. — ʿJahr Rechnung [von Baden] 1633. — d. ult. Oct. Die im Wettinger Hölzlein fundenen Silbernen Antiquiteten haben 194 Loth 3 Q. gewogen, welche an acht Stucke under die acht Regierende Orth vertheilt worden, davon

Zürich	40	Loth	—	Quintli.
Bern	22	»	2	»
Lucern	18	»	2	»
Uri	58	»	—	»
Schweitz	15	»	—	»
Under Walden	7	«	1	»
Zug	17	»	—	»
Glarus	16	»	2	»

das Loth pro 12 Gutbazen angeschlagen'. Excerpsit haec Zollerus in cod. ms. p. 245; unde certe apparet quibus locis vasa quaerenda sint, quamquam quaerentem operam perditurum esse dudumque haec ad ʿGutbazenʾ redacta esse non dubito. I. B. Ottii (muthmassl. Ged. p. 8) errorem Vindobonae in museo Caesareo haec adservari, natum ex Lambecio negligenter lecto redarguit Zollerus; praeterea amicus data opera Vindobonae postquam supellectilem hanc investigavit, extare loco indicato negavit.

a in paterae maximae [quam Uranienses accepisse Zollerus coniicit] parte interiore et exteriore litteris bonis *pict.* Circulo scripta sunt ut nescias ubi incipiendum sit.

intra
DEO ☿ MARTI ☿ ☿ MIL ☿ ☿
Fuitne M·L·L, merito laetus libens?

extra
LEGENTI ☿ REGLY ☿ BENIGNES
'*Legentii*, *Reglii* [debuit saltem proponere *Regle* sive *Regulae*], *Benignes*' Hag., vix recte.

b in patera non profunda [quam ad Turicenses pervenisse Zollerus coniicit] stilo scripta *pict.* Circulo scripta non pleno, ut initium certum sit.

extra
RINIONIBOLŦŦVRI

intra
✣

c in paterae argenteae non admodum profundae parte inferiore stilo scripta *pict.* Hanc Zugenses accepisse coniicit Zollerus ex ponderis et tabulae comparatione coniectura ducta.

2 fortasse pro MANI scr. MATVT facillima emendatione, quae nititur titulo n. 243 quamvis et ipso lectionis non satis certae. — 3 conferendus est cum notis simillimis supellectilis argenteae Bernayi (Eure) repertae (v. Lenormant Bull. dell' Inst. 1830 p. 97 sq.), quae sunt hae:.

1) MERCVRIO·AVGVSTO·Q·DOMITIVS·TVTVS·EX·VOTO; in medio PIS::SƎVIIIƸ
2) eadem inscriptio; in medio PII-ƎII
3) sine inscriptione P·ISƸƸ7X

item cum titulo Ferrariensi Marini Arv. p. 230, quem et ipse vidi Ferrariae: P·XXIIIS⅁VII

Horum omnium priorem partem facillime explicabit qui scit P esse *pondo*, -unciam, L semunciam, Ↄ sicilicum sive unciae partem quartam (Volus. Maec. § 27. 29. Marini Arv. p. 227); ut habeamus

in Bern. I	P IS=⊐L	=	pondo	$1^{21}/_{24}$
in Bern. II	P II-	=	»	$2^{1}/_{12}$
in Bern. III	P ISLↃ	=	»	$1^{27}/_{48}$
(sic corrigenda)				
in Ferr.	P XXIIIS	=	»	$23^{1}/_{2}$
in nostra	P S=⊐L	=	»	$^{19}/_{24}$

Sed quid faciemus de his quae restant?

in Bern. I	Ǝ VIIIS
in Bern. II	Ǝ II
in Bern. III	7 X
in Ferr.	7 VII
in nostra	Ↄ VII, ubi corrigo Ↄ VII.

cum reiiciendam esse Marinii interpretationem qui 7 habet pro scriptulo sive $^{1}/_{288}$ pondo mihi quidem constet; neque enim placet transitio eiusmodi a notis ad numeros et decem vel octo scriptula potuerunt notari ex parte certe solitis notis sicilicorum. Quare mihi visa est prima nota indicare *sextarium ad vinum*, quem Ↄ notari docet Vol. Maec. § 80 et exemplis confirmavi I. N. 5078. Certe aliqua liquoris mensura ex iis quas Maecianus ibi recenset hoc loco indicatur, quam si placuisset descriptoribus vasorum mensuram adnotare facillime erueremus. At periit vas cuius basis lapis Ferrariensis olim fuit et Bernayensium nostrique mensura non proditur.

Accurate delineata exhibentur haec vasa cum anaglyphis et inscriptionibus in fasciculo picturarum illius aetatis qua reperta sunt, qui ex bibliotheca civium Turicensium in eorundem antiquarium nuper transiit. Ex hoc fasciculo desumpta est et pictura Zolleriani cod. p. 247—264 (inde Haller II, 185 sq.) et Meriani (top. Helvet. p. 51) tabula, ex qua pendent reliqui omnes, ut Reines. I, 81 not.; Wagner Merc. ed. 2 p. 158, ed. 3 p. 196; Hagenbuch cod. 286 p. 321; Bochat II, 402; Orell. 458 = 265.

243 Badenae prope Turicum olim, unde bello Toggenburgico a. 1712 ablata est *cod. Zolleri* p. 604, ex quo tempore extat Turici in bibl. civium.

MERCVRIO
MAT/TNO
vir //I/IS *arbor*
EX VOTO
I/ L M

Descripsi. Scheuchzer Untersuchung des Bads zu Baden (Zürich 1732) p. 11; Ott muthm. Ged. p. 32; Zurlauben hist. de l'ac. roy. des inscr. vol. XXXVI (Paris 1774) p. 163 ex Ottio; Orell. 451 = 258.

2 mihi est MATVTINO; certe non est in lapide quod dederunt priores MARVNO.

244 gefunden 1846 in den kleinen Bädern zu Baden, im Haus von Grossrath Bucher; geschliffene dünne Platte, jetzt wieder vermauert.



Zeichnungen der ant. Ges. zu Zürich Bd. III Bl. 76 v.; descripsit praeterea Schaufelbühl Zurzacensis.

2 G Sch.

XXI. VINDONISSA *VICVS HELVETIORVM (Windisch).*

245 Brugg *Gundelf.* Brugg in pariete domus nobilium Efinger ad exteriorem portam *Stumpf* cod. 47 p. 103, ubi locum indicat, inscriptionem ipsam omisit (ita plane Tschud. cod. 105 f. 8. 87, ed. p. 143). Denuo a. 1779 rep. sunt fragmenta duo, quorum prius v. 1. 2, alterum 4. 5. 6. 7 complectitur, Brugg 'im Hallweilerhof' *Haller* vel 'im Effingerhof' *Fisch.* Nunc extant ibidem.

IMP · T · VESPASIANO
CAESAR · AVG · $\overline{\text{VII}}$ · COS p. Chr. 79.
MARTI · APOLLINI · MINERVAE
ARCVM
5 VICANI/ VINDONISSENSES
CVR · T · VRBANIO · MATTONI · T ·
VALER · ALBANO · L · VETVRIO · MELO · C · COTTIO
RVfO·q·SEXTIO .....

Descripsi quod superest. Integram vidit unus Henricus Gundelfinger ecclesiae Beronensis canonicus posuitque in libello de thermis Badensibus scripto a. 1489 (qui libellus sive editus est sive non editus, videtur periisse, sed excerpsit eum Conr. Gesnerus in tractatu de thermis inserto operi 'de balneis omnia quae extant apud Graecos, Latinos et Arabas scriptores' Venet. ap. Iunt. 1553 fol. f. 292 *a*); unde habuit Grut. 1068, 3 et Donat 212, 4 = 344, 3 ex schedis Gnocchii. Stumpfius de titulo audierat neque tamen descriptum accepit, unde factum est ut desit apud Tschudium (qui tamen 'praetereundo se vidisse' mentitur Stumpfii notam supra relatam exscribens) Simlerumque et reliquos Stumpfii asseclas. Denuo retecto lapide inscriptio edita est ab Hallero Schweiz. Mus. 1785 p. 703, Helv. I, 131 = 149; Fischio in Helvetia IV, 419; Orellio 437. 5026 = 240.

V. l. dabo Gundelfingeri solam, qui versus non separat: 1 IMPERATOR · TITVS · VESPASIANVS, 2 CAESAR · AVGVSTVS · VII · CONS, 5 VINDONISSENSIS, 6. 7. 8 CVRIAE · TITO · VRBANIO · MATTONI · TITO || VALERIO · ALBANO · LVCIO · VETVRIO · MELLOCCOTIO || RVFFO · QVINTO · SEXTIO. — Vides non tam male descriptam quam compendia imperite soluta esse. — Ceterum cum totum titulum Hagenbuchius perperam iudicasset suspectum, Orellius v. 3 et 8 a Gundelfingero additos esse credidit, cuius tamen interpolationis neque ille causam ullam addidit et equidem hos versus ab interpolatore nequaquam proficisci probare me posse confido. Primum enim duos qui hodie supersunt lapides examinans prioris partem inferiorem et superiorem alterius ita resectas inveni ⌐ ⌐ ut medium lapidem deesse appareret; item secundi lapidis partem inferiorem non ita exasciatam esse quin effracta esse posset. Praeterea tanta cum simplicitate titulus profertur ab antiquo illo auctore, ut neque ratio neque consilium interpolationis intellegatur. Denique si fuit titulus positus in honorem imperatoris, cur solum consulatum adscripserint omissa tribunicia potestate aliisque solitis honoribus, non video; imo imperatoris nomen cum consulatu solo eam vim habet ut annum denotet, quamquam hoc singulare est et factum in honorem imperatoris, qui hoc ipso anno patre mortuo solus imperium susceperat, ut et collega omitteretur et consul in principio non in fine tituli collocaretur. Quam ob rem tertius versus tantum abest ut interpolatus iudicandus sit ut si eo carendum esset, titulus procederet sine dedicatione.

246 Vindonissae rep. 1852, nunc Turici in bibl. civium.

M E R C V R
///IN///
/////////

Descripsi.

247 Vindonissae rep. m. Maio a. 1852. Nunc Turici in antiquario.

Q V A D R V I
S · PRO sE · ET
VIS · VOTVM SO·
LVIT ·//· IIICENN
IV////VS V/I//////
AM///IFC/I/IIC/////
IIo/E · MER/IO//

Descripsi; evanida est. Edidi Bull. dell' Inst. 1852 p. 106.

---

248 röthlich weisser harter Marmor, wie er in dieser Gegend nicht vorkommt (von gleichem Material wurde 1840 ein Stück von einem cannelirten Pilaster gefunden und zu einem Grabstein verwendet; ein ähnliches Stück ist in der Basis des Schwarzenthurms bei der Brücke vermauert, so dass die Schmalseite nach aussen steht; ein drittes in ähnlicher Weise in einem Privathaus). Der Stein ist 6 neue Schweizerschuh lang, 2′ 9″ breit, 1′ 5″ dick. Die wohlgeglättete Vorderseite ist von den Seitenwänden gegen die Mitte zu cylindrisch vertieft mit einer Einbiegung von etwa 2 Zoll in der Mitte; so dass der Stein Bruchstück einer in grossen Dimensionen gewölbten Nische zu sein scheint. Auf der dem Beschauer rechten Seite hat der Stein in der Richtung der Dicke einen Ausschnitt ⊐, so dass hier offenbar ein anderes Quaderstück eingefugt war; die linke Seite ist ganzwandig, doch finden sich auf dem obern Rande links wie rechts deutliche Spuren der Verbindung durch eiserne Klammern. Gefunden Anfangs Juni 1842 in Brugg in der Storchengasse an der südöstlichen Ecke des Effingerhofes zwischen diesem und der ehemaligen Landschreiberei, einen halben Schuh unter dem Strassenpflaster'. *Haec excerpsi ex epistolis eorum qui affuerunt cum titulus repertus est.* Optimis et plane Augusteis litteris scriptum epistylium extat Bruggi.

A V G V S T O ·
VNDO · LEG · AV
LEGIO · /// ·

Descripsi. Orell. . . . = 255 a Fischio Voegtlino Staeblio, quorum epistulas ego quoque excussi.
3 tres litterae, puto XXI, consulto erasae.

---

249 Königsfelden rep. 1809.

VESPASIANO

Haller II, 394.

250 Windisch, longa poll. 41, lata poll. 36.

G P O N ⁻
B P O T III
LONIO PATR

Hagenbuch cod. 286 p. 281 a Schinzio Vindonissensi; inde Orell. 438 = 241.

251 Windisch rep. 21 Ian. 1794 *Hall.* Extat Königsfeldae in coenobio..

rosa

M · A P R O N I V S ·
sic M · ΓVLVIVS · SECV
NDVS · LVCO AVG
MilES · LEG · XI · C P *f*
7 VeLI FVsCI · ANNo
XX *x* VII *s*TIPENDIO
RV *x*VII H · S// EST
TESTAMENTO FIERI
IVSSIT HEREDES
sic FACIVNDV CVRAR
VNT

Descripsi. Haller I, 189 ed. 2 male; Leichtlen Schriften der Freiburger Ges. I, 36; Orell. 439 = 242; ego Bull. dell' Inst. 1852 p. 103.
2 quadratarius scribere debuit M · F · VOL sive M · F · VVL sive M · F · VL, quod male solvit in M · FVLVIVS. Lucus Augusti enim tribus est Voltiniae, v. Steiner (ed. 2) 508. 509. 546.

---

252 inventa a. 1698 ad confluentes Arolam et Ursam *cod. C* 220. Gebensdorfi rep. 1698 cum olla sepulcrali; extat ibi in aedibus parochi *Wagn.* ex duabus ollis sepulcralibus simul repertis alteram in bibl. Zofingensi extare auctor est *Altmann* in Hagenbuchii ep. ms. 1722, 34. — Videtur interiisse cnm aedes parochi reficiebantur a. 1768.

TI CLAVDIO HMNO
MEDICO LEG · XXI
CLAVDIAE QVIETAE EIVS
ATTICVS PATRONVS

Wagner ed. 3 p. 98; Scheuchzer it. 1705 p. 327; Ott muthmassl. Ged. p. 23 et codex eiusdem apud Hagenb. cod. 284 p. 79 (inde cod. Zolleri p. 597 et cod. C 220); Hagenbuch cod. 284 p. 76. 79 (cf. ep. ms. 1722, 33) qui descripsit a. 1727 (inde ed. Breitinger ap. Schelhorn. amoen. litt. VII, 25) et 1744; Schmid 1760 p. 97; Gerbert p. 19; Donat 280, 2 ex Schmidio; Ritter p. 6; Orell. 448 = 254.
Missis exemplis editis, quorum in nexibus nullus fere usus est, v. l. dabo Ottii et Hagenb. I. II. — 1 TRLAVDIOH Ott, .. CLAVDIOH Hag. I; quod supra dedi, habet Hag. II. nisi quod pro TI dedit II. — 3 QIEIAE Ott.

253 Vindonissae rep. 1837 in sepulcro 'links an der Strasse von Königsfelden nach Windisch auf der sogenannten Breite' *sched. Orell.* Nunc Turici in bibl. civium.

m ? i V L I O MF
se R · M AXIM
a V G V S T O
nem I E T O M I L
leg X I · C · P · F
DVIII · STRV
////// V S
ve G E T V S M I L
le G · E I V S D E M
h LRES · EIVS · FECI *sic*



ascia et circinus

Descripsi. Stäbli in epistolis soc. Turic. d. 6 Dec. 1837 (I, 111); Orell. ... = 243, in cuius schedis praeterea reperi; Meyer Gesch. der Leg. p. 156.

---

254 Gebensdorf in angulo turris *Grut. Guill.* ibidemque adhuc extat, quamquam a sciolo nescio quo quibusdam locis corrupta.

M · MAGIVS · M · POB · MAC
sic CAVS · VERONA · MIL · LEG XI C P F
7 MARCI · MODESTI ANN XXXIII
EX TESTAMENTO H · F C
L ENNIVS SECVNDVS
Q ROMANIVS VERECVNDVS
H S E

Descripsi. Grut. 551, 10 a Stuckio; Guillimannus Habsburg. p. 35 et epistola eiusdem a. 1602 scr. apud Hagenbuch. ep. ms. 1738, 16; Scheuchzer it. 1705 p. 327 q. v.; Hagenbuch qui habuit ex cod. Ottiano et descripsit bis 1727 et 1744 cod. 284 p. 75 cf. ep. ms. 1722, 23 (ab Hagenbuchio Schelhorn amoen. VII, 47 et Schmid 1760 p. 94); Gerbert p. 17. 18; Donat. 291, 7 a Schmidio; Orell. 447 = 254; Meyer Gesch. der Leg. p. 156.

255 Königsfelden. Videtur interiisse.

L · TITENNIVS · L F ·
LEMONIA · VIC ·
TORINVS BONo
MIL · LEG · XI C P F
7 VALERIANA ·
ANNOR · XXV ·
STIPENDIOR · V ·
H · T · F · C

Breitinger in Schelhorn. amoen. litt. VII p. 49 a Scheuchzero (inde cod. Zolleri p. 608; Bochat I, 390; Gerbert p. 19); bis descripsit Hagenbuch a. 1727 et a. 1744 cod. 285 p. 85 (ab Hagenb. Schmid 1760 p. 94, cf. Hagenbuch ep. ms. 1759, 210; Donat. 303, 3 a Schmidio); Orell. 446 = 252.
1 TITINNIVS Hag. I. — 3 TROINVS BON · Breit. — 5 7 om. Breit. — 6 ANNORVM Hag. I. — LVI pro V Breit.

---

256 eruta 1599 Altenburgi in angulo Vindonissae ad Arulam *Grut.* 'hanc nuper apud Campum Regis ex Altenburgo haut multo ante adlatam, cum rusticus, qui ibi habet, hortum moliturus eruisset, exscripsimus. In ea qui characteres innovare conati sunt iam quaedam corruperant' *Guill.* Videtur interiisse.

C · VALERI
VS · C · F · VOL
CAMPANVS
VIENNA · MIL
LEG · XI · C · P · F
...OLNI · ANNO...
STIP · XI · T · F · *i*
C · COMINIVS
NEMAVSVS *h*
F · C

Grut. 564, 4 a Io. Gulielmo Stuckio; Guillimann. Habsburg. p. 35; Donat. 307, 2 ex schedis Gnocchii pessime; Orell. 445 = 251.
3 CAMPANA Grut. — 5 G·P·F Grut. — 6 ... OLNI ... ANNO·XI Guill.; C//NI ANNO// Grut. — 7 STIP · XI · T · FE Guill., H·P·$\overline{\text{XV}}$ · ////// Grut.; emend. Hag. — 8 C//OMINIVS Grut. — 9 NEMAVSVS Grut., NEMAVSVS F Guill.; emend. Orell. — 10 /F · C Grut.

257 in castro diruto Vindonissensi ad Arolam prope Brugk sito Altenburg dicto, fragmentum *Stumpf.* Hanc requirens aedibus novis rusticis ibi factis nihil nisi ab interiore parte ostii supra limen hanc notam 7 deprehendit *Simler.* — Male Badensibus titulis hunc inseruit *Rappenegger* Inschr. von Baden p. 4. — De fragmento altero: 'Haec fragmenti pars seorsim iacebat anno dn̄i 1535, sed postea per lapicidas diruta, sicut et aliae ibidem plurimae inscriptiones cum villici domus conderetur' *Tschud.* cod. S. G. 1083.

L · VECNA *tio l. f.*
POL · MAXIM *o d*
FOR · COR · MIL · L *eg*
$\overline{\text{XI}}$ · *c* · P · F · 7 GVSOR *i*
ANN · XLVIII · STIP
H · S · E ·
G · ROSCIVS · OM *ul*
LVS · HER · FAC · C *ur*

Stumpf cod. 47 p. 104, ed. VII, 11 a quo pendent reliqui: Tschud. cod. S. G. 1083 p. 75, cod. 105 f. 8. 87, ed. p. 143; Simler cod. 102 f. 24; Guillimann. Helv. p. 25, Habsb. p. 34; Grut. 567, 2 e Stumpfio et Guill.; Plantin. 1656 p. 278; Mur. app. 6, 10; Gerbert p. 18; Orellius omisit.
4 G Stumpf. — Tschudiana supplementa quamvis tanquam ex lapide sumpta proferuntur, tamen falsa esse apparet; sunt autem haec: 1 TIO, 2 O DO, 3 EG, 4 I V · (voluit I VIXIT, quod proposuerat St.), 5 XX, 7 PHA, 8 VR. In cod. S. Gallensi eadem leguntur, reiectis iis quae primum proposuerat 1 TIVS vel L · F, 2 VS vel VS DOMO, 4 I VIXIT.

---

258 Vindonissae prope parochi aedes in aedibus privatis textoris cuiusdem supra ianuam. Secunda pars ibi pro limine est, sed iam detrita tota.

T V I 'E
SER · FE
CL/A · M *il leg xi*
C · P · F · Ɔ ·
I/I · QVI *vixit*
ANN · X *ix mil. a.*
XVIII · *h. s. e.*

C · CRITT
H · *f c*

Descripsi indicatam a Kellero.

259 litteris pulchris, Windisch rep. in vetusto aedificio deiiciendo, mox iterum in muris abscondita *Hall.*

. . . . . .
MIL · LEG · XXI
RAPACIS
ANNOR · XLIII
STIPEND · XIIX
. . . . . .
HeREDES
FAC · CVR
H · S · E

Haller II, 380.
6 HAEREDES Hall.

---

260 Königsfelden rep. 1809.

LEGIONIS XI

Haller II, 394.

---

261 Vindonissae rep. 1852. Extat Turici in antiquario.



Descripsi et edidi Bull. dell' Inst. 1852 p. 106.

---

262 Vindonissae in coemeterio *Stumpf.*

Stumpf cod. 47 p. 103, ed. VII, 11; inde reliqui: Tschudy cod. 105 f. 8. 87, ed. p. 142; Simler cod. 102 f. 23; Orell. 444 = 248.

---

263 Vindonissae in pariete domus rusticae *Stumpf,* in coenobio Campiregio; apparet trophei fragmenta esse *Siml.*, de hoc et n. 264 et 265.

Duo exempla extant: Stumpfii cod. 47 p. 103, ed. VII, 11 (inde Tschud. cod. 105 f. 9. 87, ed. p. 143; Simler cod. 102 f. 23; Orelli 444 = 250) ipsiusque Simleri l. c.

1 o om. St. — 2 c om. St. — 3 I · o St. ed. err. typ.

---

264 Königsfelden (v. n. 263).

Simler cod. 102 f. 23. — Fuitne Iovi optimo maximo?

---

265 Königsfelden (v. n. 263).

Simler cod. 102 f. 23.

---

266 in lapide non laevigato, qui pro termino videtur fuisse, Vindonissae in campis.

///R

Descripsi indicante Kellero. Ut reciperem fecit eiusmodi litterarum in saxis terminalibus insculptarum summa raritas, quam miramur gromaticos legentes.

XXII. *Zurzach.*

267 Zurzach fragm. in pariete templi parochialis *Stumpf.* 'Der stein ist enzwey gebrochen. Ist das grösser stuck ussert by der thür der pfarrkirchen in die Muren gesezt, daz kleiner teil lag Anno dn̄i 1535 als ich dero Zitt landtvogt zu Baden was, uff der erden by herr Jacob Edlibachs dero zit propst zu Zurzach hussthür, ist bald darnoch uss unachtung und unverstand des volcks vermuert oder zerschlagen worden. Von mir eigentlich abgeschriben'. *Tsch.* in Gall. com. similiterque in cod. S. Gall. solitis nugis. Fragmentum Stumpfio visum adhuc extat loco antiquo.

M · F · VOLT · CERTO
IEN · VETERAN
XIII · GEMINAE
ET · AMIANTHVS
EREDES · FECER

Descripsi. Stumpf cod. 47 p. 104, ed. VI, 5 (inde Simler cod. 104 f. 34; Grut. 571, 10). Auctiorem exhibuit Tschudi cod. S. Gall. 1083 p. 76, cod. 105 p. 4. 83, ed. p. 137 (inde Simler. cod. 102 f. 15; Guillimann. p. 35; Grut. 548, 7 ex Guill.; Mur. app. 6, 9; Donat. 289, 1 ex schedis Gnocchii). Ex lapide rursus descripserunt Hagenbuch. a. 1728 (cod. 286 p. 326 cf. p. 339); Calmet p. 129; Orellii amicus 453 = 260; Meyer.

1 ex hoc cognomine Zurzacho oppido finxerunt nomen Certiaci. — 2 VIEN St. Calm. — Tschudiana supplementa pro veris vulgata haec sunt:

M · IVNIO
DOMO · V.
MIL · LEG ·
CERTVS ·
PII · HA

In cod. Sangall. eadem minusculis scripta proferuntur ibidemque pro PII, quod deletum est, emendatum est EIVS.

268 reperit Ioh. Iac. Aklin praefectus (Stiftsamtmann) Zurzacensis († 1690) in hortis quos sibi fecit ad castrum Zurzacense quod dicebatur Sidelle, postea Mandach *sched. Aklini* et *anon. apud Hag. p.* 339. ibidem extat in hortis ad portam muro inclusa *Hag.* Nunc in hortis Schaufelbühlii.

Q · VALERIVS
Q · F · FAB · LII/
ENS · BRIXA *sic*
MIL · LEG · XI · C
P · F · 7 · ATTIENI
MAXIMI ·

Descripsi. Sched. Aklini apud Schaufelbühlium; Hagenbuch cod. 286 p. 337 qui et ex cod. Ott. habuit et vidit ipse a. 1728; Calmet p. 131; Leichtlen Schr. der Freiburger Ges. I, 57; Orell. 454 = 261. Descripsit Meyer.
2 LIB priores, ex coniectura.

269 rep. ante a. 1690 in hortis Aklinianis ad Zurzach una cum n. 268, quacum migravit ad Schaufelbühlium.

VGIACVS
F · POLIA · SVPER
LENTIA · MILES
XI · C · P · F · 7 · SAENI
IMI · ANNORV
VXXXI

Descripsi. Schedae Aklinianae apud Schauf., quas expressit Calmet p. 131; cod. Ottianus apud Hagenb. cod. 286 p. 341; Hagenbuch qui vidit a. 1728 l. c.; Leichtlen Schr. der Freib. Ges. I, 37; Orell. 455 = 262; Meyer.
1 ..DVGIACVS Aklin male; ...VGIACVS reliqui. — 3 POTENTIA Aklin, POLENTIA Ott, PO_ENTIA Hag., reliqui om. PO. — 4 in. LEG addunt Aklin, Ott, Hag. — 5 in. MAX addunt iidem. — 6 XXXV Aklin, XXXV·TIB Ott, XXXV·STIP Hag., om. reliqui. — Antiquus descriptor quae addit, ex supplemento proficisci inde patet quod deficiunt in iis quae coniectura assequi non potuit cognominis initium et patris praenomen; idem probat v. 6 lectio sensim nescio quomodo aucta et lapidis vestigiis contraria.

270 in castro prope Zurzach et rep. et servata cum n. 268. 269 *Hag.*

. . . . . .
. . . . . OR
PROC . . . . .
. . . . . .

Aklin memorat. Hagenbuch cod. 286 p. 343 et ex cod. Ott. et vidit a. 1728; Orelli 456 = 263.
1 OA Ott. — 2 IROC Hag.

XXIII. *Stein am Rhein.*

271 rep. Burg e regione Stein oppidi a. 1741 in coemeterio una cum fundamentis aedificii; statim fracta interiit.

ſLVM RIENo
PRO SALVTE
Q · SPICI CRN

Servaverunt cod. Breitingerianus bibl. civ. Turic. S, 298 et Hagenbuchianus n. 283 p. 347 eodem exemplo, sed Hagenbuchianum paullo neglegentius scriptum est. Inde Orell. 469 = 277.
1 ILVM traditur.

---

272 Burg ad Rhenum e regione oppidi Stein in pavimento chori eccl. parochialis lapides duo olim iuncti pedum contactu valde attriti *Stumpf* similiterque posteriores. Nuper demum lapides translati sunt in castrum Steinegg (Thurgau) Zeerlederi.

	IMP · CAES · GAIVS ·	/ / / / / /
	MAX / TRIB · P · P ·	/ / / / / /
	/ / / / / / / / / P · M	/ / / / / /
	/ / / P · P · PRO C	/ / / / / /
5	/ / / / / / / / / A M	/ / / O/V /// I S S
	/ / / / / / / / TAS C	C · SVMTV SV
	/ / / / / ET DE / /	/ / / / / /

Contuli. Stumpf cod. 47 p. 107, ed. V, 14 (inde Tschud. cod. S. G. 1083 p. 68. manu Stumpfii, p. 69 manu sua, cod. 105 f. 4 manu priore, Simler cod. 104 f. 26, Grut. 1021, 5 e Stumpfio). Deinde cum Tschudius diligenter, ut ait, considerasset (v. epistolam eius ad Simlerum cod. 102 f. 36 editam Archiv f. schweiz. Gesch. Zürich 1846 IV p. 168), suum typum protulit, si quidem dignus fuit quem sibi vindicaret, cod. 105 f. 4 manu secunda, f. 82, ed. p. 135, unde pendet Guillim. p. 95 qui supplevit, ex hoc Grut. 188, 7 et Haller I, 58 = 66. Hagenbuchius et ipse descripsit a. 1727 (cod. 283 p. 340) et habuit a Schennisio (l. c. p. 341) et a Blaurero (l. c. p. 345); unde pendent Puppikofer Gesch. des Thurgaus (1828) I Nachw. p. 8 et Orell. 468 = 276. Donat. 96, 3. 211, 4, ex schedis Gnocchii dat solum v. 1. Typos priorum auctorum adscribam:

	Stumpf:	*Tschudy:*	*Hagenbuch:*	*Schennis:*	*Blaurer:*
I.	IMP · CAES · CAIVS	IMP · CAES · CAIVS	IMP · CAES · CAIVS	IMP · CAES CAIVS	IMP · CAES CAIVS ·
	MAX · ///TRIB · P · P	MAXI · TRIB · P · P	. . . . TRIB · P · P . . .	MAX TRIB · P · P ·	RIB P P ·
	/ / / / / / / / / A	. . . . .	. . . . .	R C · R M N	M
	/ / / D P · P · PROC	. . . . . P · P · PROC	. . P · P . . . . OC . . .	D PP · PROC	D P O C
	/ / / / / / / / / M	. . . . . N	. . . . .	D a M	M
	/ / / / / / / / / SC	. . . . . SC	. . . . .	V A P · RSC	S C
	/ / / / / / / / DE	. . . . . NDE	. . . . .	D IDE	DE
II.	deest.	deest.	S S TVSV	V D A V I C O S S O VMTV · SV	I C S S VSV

Qui ad Caligulam referunt, ante si possunt doceant ea aetate praenomina in publica praesertim inscriptione omnibus litteris scripta inveniri. Cogitandum est potius de Diocletiano et Maximiano videturque titulus omnino simillimus fuisse Constantiensi n. 239, ut lateat fortasse v. 6. 7 *muros portasque . . . sumtu suo . . . . refecerunt . . . et idem . . . . .*; Steinii moenium Romanorum vestigia ampla extare notum est.

273 in tabula latericia olim, cum integra fuit, semicirculari. Crassa est metri Gallici centesimas 7; summa altitudo fuit olim cent. 37, cum radius circuli cuius segmentum repraesentat comprehendat cent. 48½, latitudo cent. 94, sed fracta ab operariis tabula atque adhibita ad aliud opus, ut demonstrant calcis vestigia quae tribus locis adhuc ei inhaerent, iam ad tria quae habemus fragmenta redintegranda desideratur et principium, quocum periit primi et secundi versus pars fere tertia, et ima pars tota. Elementa qui scripsit, virgula parum acuta ea exaravit in creta sicca iam neque scribendo satis apta. Reperta est Untereschenzi (Thurgau) in sepulcro, sed loco non suo; in quo sepulcro quae continebantur, delineata extant in tabulario nostro (Zeichn. der ant. Ges. I, 72—76) commemoravitque ea Keller Mitth. der a. G. III, 31. Lateres extant in castro Steinegg apud Zeerlederum, qui nobis misit ut ligno eos incidendos curaremus.



. . . . . *c?eanunt? interea?*
. . . . . *s..?emsainareliquid*
. . . . . *s.ua ..?uaeso*
. . . . . *?i . . . ?m*
. . . . . .

Diligenter expressi adiutus a Kelleri mei perita patientia. Edita est Schweiz. Geschichtsf. VII, 302.
1 litterae superne imminutae sunt creta in margine cultro resecta. — 3 post *ua* quod superest in tabula spatium nunquam videtur scriptum fuisse. — Quid subsit, non satis assequor. Litterae pleraeque satis clarae et certae sunt; cum tamen similis figurae similisque argumenti monumentum argillaceum adhuc nullum quod sciam prodierit, Eschenziani autem non exigua pars desit, coniecturis adhuc abstinendum esse apparet.

XXIV. *Schleitheim.*

274 Vorholz prope Schleitheim (Schaffhausen), destinata, ut ait Wanner, museo hist. nat. Schaffhausensi, sed videtur periisse ante quam ei inferretur. Ego et Schaffhausae et Schleitheimi diligenter, sed frustra quaesivi.

. . . . . C · I · SPINTHER
n ATIONE MAC*e* DON*u* M
HOMO CAR·CE*n*T... XXXIV..... *a*NNOS
D · IIII

Wanner p. 21, cuius inficeta supplementa consulto retinui. Sane latebit v. 2 M·LEG· V. (pro quo legit ATIONE) MACEDON, v. 3 fortasse DOMO · CAR*thagine*.

275 Hinter Mauern prope Schleitheim (Schaffhausen).

imago

VE . . S G . . .

Wanner p. 4 ex ore rustici qui reperit; cogitatque bonus homo de Venere Genetrice.

XXV. COLONIA AVGVSTA RAVRICA *(Basel-Augst).*

Acc. Basilia (Basel), Kaiser-Augst, Liestal, Waldenburg.

276 parva basis aerea, cui olim sigillum infixum fuit, rep. Wallenburg sive Waldenburg (Baselland) a. 1788. 'Schreiben von Wallenburg zeigt an, dass unlängst in der Griengrube bei Waldenburg, das Anrisslin genannt, bei Herunterschaffung des Griens an dasiger jäher Halden in verschiedenen Malen einige antique Bilder von Erz als ein Mercurius, zwei Minerven gefunden worden seien, und zwar eines mit Inschrift — welche anmit eingesandt werden' *acta publ. Basil.* 28 Mai. 1788 apud Vischerum p. 9.

TAVRICVS
CARATI
DE SVO·D·D·

Contuli. Lutz neue Merkw. II, 114; Vischer über einige Gegenst. p. 9 sq.; aere expressit idem Mitth. der Ges. f. vat. Alt. von Basel V tab. 2.

---

277 intra moenia Rauricae rep. auctumno a. 1837, deinde illata museo Ioh. Iac. Schmid (nat. 1794, ob. 1849).

. . . . *m e r* C V R
.. *minuci* . . *mi* NVCI·ATTI
ani . . . . . *f* ILI·QVIR·MES
salla . . AELO·EX·VOTO
quod p ATER·EORVM
s SCEPERAT

Descripsi. Roth n. 19; Orell. . . . = 299 et schedae eius; Zeichn. der a. Ges. II, 95. IV, 18.

---

278 Augst rep. 1742; mox Basil. apud Huberum *Bruckn.*

A N / / / / / /
A X / / ⌐ / ⌐ / I / /
R E G A L I / /
ARAM CV / / /
M ? / / E / / EXV / /

Bruckner p. 3073 aere expr. (inde Roth n. 6; Orell. 424 = 287).

279 Augst mus. Schmid.

e T DIENS X A
VETAERANVS
MILITAVIT IN
L · P M · SIC

Descripsi. Roth n. 15; Orell. . . . = 295 et sched. eiusdem; Hardmeier Zeichn. der a. G. IV, 19.
1 XXV Roth, XXNS Hardm., XX . . . sched. Orell. et ego.

---

280 Kaiser-Augst, mus. Schmid.

N o
MIL
coh ORT I
STISII

Roth n. 27; Orell. . . . = 305. Descripsit etiam Meyer.

---

281 'an der Stadtmauer in Augst, an derjenigen Stelle welche Bruckner mit B bezeichnet ist auf meine Kosten gegraben und eines der kleinen Eingangthore in die Stadt gefunden worden. Das Gewölb liegt zertrümmert im Thorweg und unter diesen Trümmern eine Marmorschrift, aber noch nicht vollständig; ungefähr so': *Schmid.*

Schmid:	*Roth:*
R E I P V B L /	//REIPVBL
P ' ᴰ N A T	//PIP///NAI///
	(E) (P C)

Schmid 1 Febr. 1843 (Corr. der a. G. III, 124); Roth n. 26.

---

282 Aug. Raur. nuper a rustico rep. et ad Faeschium adlata *Patin*; in museo Faeschiano *Huber Hagenb. Bruckn.*; inde ab a. 1823 in bibl. publ.

T I O · Q V *ir*
met? Σ L L O · F L A *mini*
V I R O · C C *lon*
p A T R O N *o*

Descripsi. Patin p. 141 aere expr. (inde Schoepflin Als. I, 585); Huber in epist. ms. Hagenbuchianis 1737, 32; Hagenbuch cod. 283 p. 289 q. v.; Bruckner p. 3071 q. v.; Roth n. 5 q. v.; Orell. 423 = 286.

283 epistylii fr. duo, Basel-Augst apud Io. Iac. Schmid.

Descripsi. Roth n. 13; Orell. . . . = 293 et schedae eiusdem; Trouillot mon. de l'hist. de l'évêché de Bâle (Porrentruy 1852) p. XXXIII n. inde citat ROM · ET · AVG.

---

284 Aug. Raur. rep. et a Theodoro Zwingero domus suae interiori parieti affixa *Zwingeri* ep. (1616) et *Russinger* (1620). Ibidem — in aed. Harder *Hag.*, in aed. Preisswerk *Bruckner* — mansit, donec a. 1818 illata est in bibl. publ. Basil.

protome *protome rupta*

D · M
ADIANTONI TOVTIONIS f
ET · MARVLINAE MARV
li F · CONIVGI ADLED
us et A D N A M T V S
fili E O R V M P · C

Descripsi. Th. Zwingeri exemplum a. 1616 confectum ex epistola eius apud Andr. Zwingerum diac. Leonhardinum accepit Hagenbuch cod. 283 p. 295 autographum; idem fere exemplum edidit Russinger de vet. Bas. (1620) p. 36 et periphr. (1628) in fine. Postea descripserunt Hagenbuch cod. 283 p 295; Bruckner p. 3069 aere expr.; Roth n. 4· Orelli 422. 5060 = 285.
Dabo integram v. l. Zwingeri ms. — 2 TOVTł/// Zw. — 3 MARVLLAE MARV Zw. Videtur fuisse MARVLIN MARV; plura supplere vetat spatium. — 4 LI CONIVGI Zwinger; puto fuisse ŁF. — 5 ADNAMITVS Zw. — 6 ET EORVM P · C · Zw.; hodie non apparet nisi M. — Lege: *Dis Manibus Adiantoni Toutionis filio, et Marulinae Maruli filiae coniugi, Adledus et Adnamtus fili eorum ponendum curaverunt.* Nisi praestat utroque loco *filio* et *filiae* Graeca ratione supplere cogitatione, ut legitur infra n. 290 *Blandus Vindaluconis.*

---

285 Basileae 'gef. Oct. 1838 beim Abbrechen des Spahlenschwibbogens' *Gerl.*; extat in bibl. publica.

pate RNO · DEC *omn. hon.*
ap VD · SVOS *functo*
P

Descripsi. Gerlach Schweiz. Mus. II, 335; Roth n. 24; Orell. . . . = 303.

286 litteris barbaris et evanidis; Augst mus. Schmid.

A M
XETERE
XE MA
E//////
COMVS

Descripsi. Roth n. 18; Orell. . . . = 298 et sched. Orell.

---

287 Basileae 'hinter der Münsterkirche gef. 25. Juni 1837' *Gerl.*; extat in bibl. publ.

D M
M · ATTO
NIO AP
RONIA
NO · L · CA
RASSOV
NIVS · PAN
TVRO FRAT

Descripsi. Gerlach Schweiz. Mus. II, 334; Roth n. 23; Orell. . . . = 302.

---

288 rep. Aug. Raur. 1843/4, extat ibi in hortis Schmidii.

D M
P AVLIO MEMVSO
PRITTVSA LIBERI sic
FRATRI PIENTIS
SIMO
P C

Descripsi. — 3 PRITTVSA potius quam PRETTVSA. — LIBERT lapis non admittit.

---

289 litteris pessimis Basileae 'hinter der Münsterkirche gef. 25. Juni 1837' *Gerl.*; extat in bibl. publ.

laterculus non scriptus. | *laterculus non scriptus.* | D M
BELLINVS
DIVIXT
FILIO

Descripsi. Gerlach Schweiz. Mus. II, 334; Roth n. 21; Orell. . . . = 300.

290 Basel-Augst, rep. 1803 ad introitum vici in via publica e regione hortorum Ehingerianorum *Parent*, in quibus adhuc prostat; protome viri quae sub titulo conspicitur, antiquitus ad eum nulla ratione videtur pertinuisse. — Rapperswyli (Aarberg, Bern) ad ingressum aedium parochi a sin. olim extitisse, deinde ingressu clauso sub tectorio delituisse neque postea reperiri potuisse longa nugarum serie narrat *Iahn*, quam unde petierit ipse videat.

B L A N D V S · V I N
DALVCON · HIC · S · E ·
FILI · PRO · PIETATE · POSIER

Descripsi. Parent (1804) p. 37 et ms. Sal. p. 55; Roth n. 10; Orell. 5061 = 290; Iahn Bern p. 352. — Hic sic edidit: BLANDVS VINDELICIVS VIR CONSVLARIS HIC SITVS EST FILII SVI PIETATE POSVERVNT. Nempe ita fere interpretatus est apud Parentum d'Annone Basileensis.

---

291 in lapide Aug. Raur. rep. 1843/4; extat apud Schmidium.

CIRO(IIILO) :OSS

Clarkius qui descripsit dedit Rothio, Rothius mihi. — Lectio non satis certa est; temptavi CIROLIIINSIS oss, id est *Ceroliensis ossa*.

---

292 rep. ad Basel-Augst 1800, deinde Basileae apud Burckhardt-Wild, nunc in museo.

D · M ·
COCVSIAE
MASVCIAE
COCVSIA EV
TYCHIS
LIB · PIISS

Descripsi. Miserunt Ritschl et Th. Burckhardt.

293 rep. 1768 prope Liestal, deinde Basil. apud Brucknerum *Schm.* In mus. publ. Basil. tamen haec non videtur pervenisse, cum a. 1778 Bruckneriana ei inferebantur.

D · M
C · INDVTI SA|*l*
LVSTIANI C|*l*
VICTORINI|*a*
CONIVNX

Schmid 1771 p. 56; Lutz neue Merkw. II, 6 ex Schmidio fortasse; ex his Roth n. 9; Orell. 431 = 289.
Lacunae notam apposui. — 3 VICTORIN Lutz.

---

294 Basel-Augst ad introitum oppidi Basileam versus in fundo Langendorf rep. 29 Mart. 1842, extat in museo antiquariorum Basil.

M A R I N I
COSSI
FIIIO ATIIII

Descripsi. Roth n. 25; Orell. . . . = 304.
3 lege A/ IIII..

---

295 Basileae 'hinter der Münsterkirche gef. 25. Juni 1837 *Gerl.*; extat in bibl. publ.

D M
MASVCO·
NILIF FRAT

Contuli. Gerlach Schweiz. Mus. II, 334; Roth n. 22; Orell. . . . = 301.

---

296 rep. 1767 Munzach 'prope Liestal in aede S. Laurentii deiicienda *Bruckn. Wall.*; deinde apud Brucknerum; inde ab a. 1778 in bibl. publ. Basil.

PRIMA · C · COTEI
LIB · ANN · XVI · EI
SOROR · ILLAEVS
A·RAVRICA · ANNIC
ET · MENS · VI · H · S · S

PATRONVS PO

Contuli. Cod. Wallier p. 287; Schmid 1771 p. 55 q. v.; Bruckner Forts. der wurstisenschen Chronick Basel 1772 Vorr. p. 4 et tab.; Lutz neue Merkw. II, 6 a prioribus; Gerlach Schweiz. Mus. II, 342; Roth n. 8; Orell. 432 = 288.
Mihi est *Araurica* (cognomen, minime *a Raurica*) *soror illius*.

297 Augst mus. Schmid.

/D M
ETERNA
MEMOR
SABINV
VIX ANN
LXV

Descripsi. Roth n. 16; Orell. . . . = 296 et sched. Orell.

---

298 'lapidem 5 pedum altitudinis latitudine duorum sequenti inscr. signatam Aug. Raur. paullo antequam appelleremus ab hospite Lutzellmanno ex profunda terra erutum reperi d. 1565 Mart. 10 ex comitiis Helveticis Badenam rediens' *Brand.* Eadem narrant, diem eundem easdemque mensuras indicantes *Simler* et *Tschud.*, addunt lapidem undique fractum fuisse et Tettnangum eum abstulisse comitem Ulricum Montfort. Wurtembergicorum tamen scriptorum nullus de hoc titulo verba facit; vide quae diximus ad n. 240.

IIIIONIS ·
OMVIII[I] · F ·
OCCISSI IN
VOCRVLLO
VISVRIX
MA*t*ER P·C·

Bernardus Brand senator Basil. descripsit; non tam primus, ut recte iudicat Huber, quam solus. Ex schedis eius autographis servatis in bibl. publ. Basil. Huber misit Hagenbuchio ep. ms. 1739, 17. Memorat Petrus Pithoeus in epist. ad Ios. Simlerum Basilea scripta XIIII kal. Sept. 1570 (vide supra ad n. 181), ut tamen non liqueat utrum a Simlero Amerbachius habuerit an ab Amerbachio Simlerus. Exhibent exemplum Brandianum praeterea Simler cod. 102 f. 42 (inde Plantin. 1656 p. 309, ex hoc Schoepflin Als. I, 460); Tschud. cod. 105 p. 109, ed. p. 223; Urstis. app. p. 28 (inde Reines. 12, 65; Roth n. 1; Orell. 422 n. = 284). Pendent ex iisdem Russinger de vet. urbis Bas. p. 35; Wagner ed. 1 p. 24; qui a Theodoro Zwingero descriptam ait, male exscribens Russingerum.

V. l. afferre non iuvat, cum Brandii exempla Huberianum et Simlerianum plane consentiant, nisi quod 1 IITONIS Siml. — 5 BIORIX Pithoeus in epist. supra citata, errore memoriae ut videtur. — 6 MALER Brand; emend. Siml. — Ceterum vix fracta est; fuerit fere: *Tettonis Omulli f(ilii) occissi in Vocrullo; Visurix mater p(onendum) c(uravit).* Vocrullus mihi nomen est montis.

299 Augst mus. Schmid.

mem ORIAE
aeter NAE
IVS
TALE
AVIB *sic videtur*
AE
IIX

Contuli. Roth n. 17; Orell. . . . = 297 et sched. Orell.

---

300 Augst gefunden 1803 beim Tempel auf der Grünmatte, jetzt zu Basel bei Dietrich Forkart-Merian.

Roth:	*Parent:*
L · F[I]L · Q	· L · F[I]L · QV *ir*
FA · ET	TA · ET

Parent ms. Salod. p. 30; Roth n. 12; Orell. . . . = 292.

---

301 Augst rep. cum n. 300.

M · I
VAS

Parent ms. Salod. p. 30.

---

302 Augst mus. Schmid, duo fr. eiusdem tituli.

M
CA STI · O
PERE SPINO
CAS M
COIV

Contuli partem quae incipit CA. Roth n. 14; Orell. . . . = 294 et sched. Orell.

In parte altera post 2 v. vac. habent sched. Orell. — 3 . . PINO sch. Or. — 4 om. sch. Or.

303 columna evanida rep. prope Basileam a. 1751 im Hardtwalde dicht am Rhein Krenznach gegenüber', postea Basileae in hortis Bruckneri *Bruckn.* In museo publ. non reperitur.

. . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
ƆEZ
ƆNVN
ƆSSIS

Bruckner in schedis apud Hagenbuch. cod. 283 p. 333, ep. ms. 1751, 21 et apud Rothium n. 7, item in libro ed. p. 2845. Orell. 430 ed. 1 male; in ed. 2 deest.
Ed. sic, ex geminatione typorumque inopia:
OT .
OE
ONVN
OSSTS 'OSSIS vel OSSIS vel OSSTS' Bruckn. ap. Roth.

---

304 fragmenta Augustae Rauricae reperta.

1 beim Heidenloch 1803 gef.

QV
VRA

Parent p. 30 (cod. Sal. p. 55), inde et ex schedis eiusdem Roth n. 11 cf. n. 2 f.; Orell. . . . = 291.
VRA Par. ed.

2 in Schönenbühel 1850.

(III AE)

Descripsit Roth.

3 fragm. marm., extat Basil. in museo.

(DVS D)
POI

Descripsi.

4 in theatro rep. *Amerbach.*

M O

Ex schedis Amerbachii Schoepflin Als. I, 167; Bruckner p. 2801; Roth n. 2; Orell. 420 ed. 1 (in ed. 2 deest).

5 in theatro rep. *Amerbach.*

M IVLI

Ex schedis Amerbachii (c. 1585) Patin p. 141 aere expr.; Schoepflin Als. I, 167; Bruckner p. 2801; Roth n. 2; Orell. 420 ed. 1 (in ed. 2 deest).

6 rep. 1803.

I V L I

Parent p. 9 (cod. Salod. p. 55), inde et ex schedis eiusdem Roth n. 11; Orell. . . . = 291.

7 in hortis Schmidii, litteris cubitalibus, olim aereis, duo fragmenta.

V G V

Descripsi.

8 in museo Schmid.

L
CISA

Dedit Meyer.

9 in museo Schmid.

R I L
C C

Dedit Meyer.

10 in hortis Schmid.

(AD VL)

Dedit Roth.

---

305 Kaiser-Augst in lapide magno.

V A L

Roth n. 27.

306 Basileae rep. 1851, extat in museo.

(VIR)

Descripsi.

307 Kaiser-Augst rep. 1840 adhibita ad sepulcrum aetatis recentioris. Extat apud Schmidium.

Neustück:	*Vischer:*
D M †	D · M · †
III HOC TVMOLO	IN HOC TVMOLO
RE VIISCITBONE	REQVIISCIT BONE
P PIABNDO	FAEDANDO
LVS OVI VIXIT	QVI VIXIT
NNVS · LV ·	ANNVS · LV
T NITQVINTODE	ET TQVINTO DE
N L OCTOBIS	OCTOBRIS

Duo exempla habui, Neustücki (quod pessime edidit Steiner altchr. Inschr. im Rheingebiete. Seligenstadt 1853 n. 86) et G. Vischeri. Lege: *D. M.* †. *In hoc tumolo requiiscit bone memoriae Baudo .. llus qui vixit pl. m. annus LV. Deposit. quinto decimo kl. Octobris.*

308 in lapide quo sepulcrum tegebatur, reperto Kaiser-Augst auctumno a. 1840. Extat apud Schmidium.

HIC REQVIISCT
RAQOARA
I · NOX

Tria exempla habui G. Vischeri, Neustücki, Rothii; hoc more suo, id est indiligenter edidit Steiner altchr. Inschr. im Rheingebiet n. 87. — 1 REQVIISCT Neust., REQVIISC/T Vischer. — 3 tertium elementum Neust. c visum est, Rothio o vel Q, Vischero o vel c. Lege *inoxia.*

XXVI. LAPIDES MILIARII.

Lapidum miliariorum intra fines Helveticos repertorum etsi non multi a magistratibus populi Romani positi videntur esse, scilicet ii soli qui primo casu scripti sunt Claudii n. 311, Caracallae n. 322. 335, Severi Alexandri n. 323, Maximini et Maximi n. 324. 325, Gordiani n. 326. 327, tamen reliquos quoque quamvis impensis civitatium et coloniarum tamen iussu populi Romani collocatos esse arbitror, quippe qui in provinciis plerumque ita vias publicas stravisse videatur, ut pro aerario sumptus facerent provincialium per quorum agros via ducebatur res publicae. Placuit itaque hoc capite coniungere quoscunque adhuc terra edidit intra foederis Helvetici fines miliarios vel leugarios titulos, quos ad quinque vias maiores referri posse existimo. Prima est via quae a Seduno ferebat Aventicum; leugae (milia enim nulla hic habemus) videntur numerari ab Aventico; sed tamen numeri adhuc explicari non potuerunt. Altera via a summo Poenino per Octodurum et lacus Lemani ripam septentrionalem Lousonnam usque pergit; milia utroque versus numerantur ab Octoduro. Tertia radit ripam meridionalem lacus Lemani; milia numerantur Genava. Quarta complectitur agrum Noviodunensem numeranturque ut par est lapides a Novioduno. Quinta denique similiter agrum Helvetiorum secat medium a lacu Lemano pertingens ad Vindonissam et sine dubio ultra pergens ad Rhenum usque lacumque Brigantinum; milia vel leugae (utrumque enim genus occurrit) procedunt ab Aventico. — In agro Rauracensi quamquam Augusta tres certe viae exibant Argentoratum Vindonissam Salodurum, adhuc miliarii scripti nulli inventi sunt et fortasse nulli unquam ibi steterunt. Item in via vel potius in viis quae Como et Mediolano ferebant Brigantiam, nullus adhuc lapis miliarius scriptus prodiit, ut eiusmodi impensae accolarum mediocritas non suffecisse videatur. — Iam praemisso brevi itinerario ordinato, quantum fieri potuit, ad Antoninianum librum et tabulam Peutingerianam, unde sumpti sunt si qui praescripti sunt numeri, proponentur tituli ita dispositi, ut unius cuiusque viae tituli coniungantur, singularum viarum lapides temporis habita ratione se excipiant. Hodiernae mensurae, quas Kellero acceptas feres, computatae sunt ad horas Helveticas (*Schweizerstunden*) pedum 16000 sive metrorum Gallicorum 4800. Romanorum passus mille efficiunt metra Gallica 1478; leuga Gallica efficit passus mille quingentos sive metra Gallica 2217.

A. AVENTICO SEDVNVM.

In itinerariis altum silentium est de hac via, quae ipsum summarum Alpium Bernensium iugum aliquo loco transierit necesse est. Probabiliter tamen iungitur cum hac via Sedunensi via vetusta Simploniana, de qua certiores nos fecit titulus rupi incisus prope Vogognam (val d'Ossola) repertus et a Labusio (antica via del Sempione. 1840) editus; similis eius qui extat ad Petram pertusam (supra n. 181):

VIA FACTA EX *dec dec* HS $\overline{\text{XIII}}$ ƉC
C DOMITIO DEXTRO $\overline{\text{II}}$ P ..... FVSCO COSS — p. Chr. 196

M VALERIO .....
CVRATORIB ..... O
VENVSTI CON ..... CT
MARMOR .....

A. 196 consules ordinarios habuit C. Domitium Dextrum II L. Valerium Messallam Thrasiam Priscum (I. N. 2624); cui anno titulum hunc Labus ita attribuit, ut pro Prisco Fuscum suffectum iudicaret, collato titulo Orell. n. 1404, in quo item legitur *Dextro II et Fusco cos.* Q litteram quam ante VIA vidisse sibi visus est Labus, abiiciendam esse apparet. — Numeri leugarum VII et XVII quo pertineant, adhuc plane ignoratur; mensurae enim viae quae nunc ducit Seduno Aventicum per transitum Sanetschii et Amsoldingen et Bernam sunt hae:

Sitten ad	*Gsteig*	hor. Helv.	8
	Saanen	» »	3
	Zweisimmen	» »	2 7/8
	Daerstetten	» »	3 6/8
	Amsoldingen	» »	4
	Thun	» »	1
	Münsingen	» »	2 7/8
	Bern	» »	2 5/8
	Gümmenen	» »	3 4/8
	Murten	» »	2 1/8
	Avenches	» »	1 6/8

Quare cum Aventicum distet Amsoldingeno leugis c. XXIX (hor. Helv. 13 7/8), Seduno leugis c. LXXVII (hor. Helv. 35 4/8), numeri columnis inscripti AVENT LEVG VII et AVENT LEVG XVII nullo modo admittant eam quam primo intuitu indicare videntur interpretationem, sed alio pertineant necesse est. Mihi tamen non succurrit quod probabiliter proponi posse videatur.

309 col. mil., Amsoldingen in crypta ecclesiae.

i IMPP · D D
GALLO · ET · V
SIANO · P · I — p. Chr. 251/4
COS
5 AVENT
LEVG
VII

Reperi et descripsi mense Iulio 1853. — Inscriptio integra est, sed pars versus extremos complexa in muro latet neque perficere potui ut lapis extraheretur. Numerus tamen integer est et facile supplentur quae desideramus.

310 'trouvée a Sion dans l'ancien ossuaire le 15 Juillet 1817' *Bridel.* Nunc Seduni in curia.

IIMMPP · CCAA
EESS · GALLO T *sic*
VOLVSIANO — p. Chr. 251/4
P⁴F⁴ AVGG AVEN
LEVG
XVII

Contuli. Orelli n. 5063 (in ed. 2 deest), cui descripsit Bridel; Osann syll. p. 560, qui vidit; descripserunt praeterea F. Dubois (Corresp. der a. G. IV, 37) et reliquis accuratius F. Keller.

4 fortasse fuit AVENT; Bridelii coniectura AGAVN nullo modo admitti potest. Omnino ut lectio certa est, ita interpretatio desperata. Ceterum hic est unicus lapis leugarius, qui extra Galliarum fines adhuc repertus sit; quo magis certum est in eo indicari Aventicum Helvetiorum, ita enim facile intellegitur qui factum sit, ut in via, cuius caput in Gallia esset, ea quoque parte quae fuit extra fines Gallicos spatia leugis non milibus passuum numerarentur.

B. { OCTODVRO AD SVMMVM POENINVM. / OCTODVRO LOVSONNAM.

Reperitur in itinerario p. 351 iter a Poenino Viviscum, in tabula totum.

I. a summo Poenino Octodurum *M. P. XXV.*

Huc pertinet titulus n. 315 notatus n. XXIIII, qui tamen difficultatem facit. Repertus est enim in vico S. Pierre, qui medius fere est inter summum Poeninum et Octodurum; numerantur autem hodie a Martigny ad S. Pierre hor. Helv. 6, inde ad hospitium hor. 3, quae horae 9 aequiparantur M. P. XXIX. Fortasse cum ibi ubi nunc est S. Petri vicus finirent cum via strata et rhedis apta lapides miliarii, visum est ad summum montem usque spatium computare. Quae explicatio eo commendatur, quod in miliariis his Constantinianis numerus plane deesse solet et ex quattuor exemplis, quae ad nos pervenerunt, hoc solum quod ad S. Pierre prodiit numerum monstrat. Quod si ponimus hunc lapidem ultimum fuisse, potuit in eo universus milium numerus notari.
Item titulus n. 316 Martinachi repertus numero carens.
Item titulus n. 312 item Martinachi repertus notatus n. II, qui Martinachiani duo aut Poeninum aut Lemanum versus steterunt.

II. Octoduro Tarnaias *M. P. XII.*

Huc pertinet titulus n. 317 ad S. Maurice rep. numero carens.

Tarnaiis Pennelocos *M. P. XIIII (XIII); ab Octoduro M. P. XXVI (XXV).*

Huc pertinet titulus n. 314 Olloni rep. notatus n. XVII.
Item titulus n. 319 ad S. Tryphon rep. numero carens.
Item titulus n. 313 Villeneuve rep. notatus n. XXVI.

Pennelocis Viviscum *M. P. VIIII;* *ab Octoduro M. P. XXXV (XXXIV).*

Vivisco Lousonnam *M. P. XIII;* *ab Octoduro M. p. XLVIII (XLVII).*

Huc pertinet titulus n. 311 ad S. Saphorin rep. notatus n. XXXVII.
Item titulus n. 318 prope Cully rep. numero carens.

Ceterum in hoc tractu Vivisco Lousonnam alii lapides videntur stetisse viae Octodurensis, alii viae Aventicensis; ex illo genere est Cullyensis n. 318, ex hoc Paudexensis n. 332.

311 litteris permagnis et optimis; col. mil. S. Symphoriani (= S. Saphorin prope Vevey) in templo prope portam minorem *Plant. Spon*; vicino vico Glerolles qui attribuunt, coniecturam, non auctoritatem sequuntur.

TI · CLAVDIVS · DRVSI · F
CAESAR · AVG · GERM
PONTIF·MAX·TRIB·POT·VII
IMP·XII·P·P·COS·IIII p. Chr. 47
5 F A
XXXVII

Contuli. Plantin. 1656 p. 257 (inde Reines. II, 5); Spon n. 42; Bochat I, p. 386 (inde puto Exchaquet p. 80); Ruchat hist. ms. I, 1, 98; Rag. Bavier a. 1757 qui vidit apud Hagenbuch. cod. 286 p. 144 vv. male divisis; Murith n. 35; Levade mém. de Laus. III, 68; Donat. 211, 8 ex schedis Gnocchii; Orell. 331 = 137 ex edd. et a Gaudino; Duffoug guide aux env. de Vevey p. 21.
5 F · A Pl. Sp. Boch. Ruch. Mur.; F · C · A Bavier Levade ('l'F s'y voit distinctement et le c, quoiqu'un peu effacé, est encore très reconnoissable') Gaudin Duff. Res est incerta; sed tamen potius abesse visa mihi est c quam adesse. Mihi F · A significat *forum Augusti*, Claudiique nomen recte omissum est in titulo ab ipso Claudio profecto.

312 colonne de 6 pieds de hauteur sur 2 de diam. *Murith*, qui soutient la voûte de la cave de M. le Baron de Stockalper à Martigny *de Riv.*; quae domus nunc est *l'hôtel de l'Aigle*.

D D N N *diocleti* A N O E T
M A X I M I *ano piis fel* INVICT *is* AVGG
ET CONSTAN *tio et gal.* M A X I M I *ano*
sic NOBILI · CCA *aeess. bono r. p.* N A T I S p. C. 292/304
5 ET INVIC *tis principibus*
F · C L ////
M F II

Contuli summo labore. Descripserunt de Rivaz (inde Haller I, 248 = 280; Boccard p. 397; pessime denique Orelli 223 = 19); Murith (a quo habuit de Loges p. 165, item est in sylloge Murithiana n. 30. 31; ex Logio sumpsit Haller I, 281, ex hoc Orell. 224 = 20); Levade mém. III, 66 qui ined. ait; denique F. Keller. Versus extremos non habent nisi de Rivaz, Loges, Murith.
Ad spatium quod attinet, in v. 2 inter MI et VI desunt fere litterae decem. — 1 DDNNIIS et NIIO ET ego; pro hoc V · M · OP · L de Riv. Mur. — 2 extr. IC · P · AV Riv., IC IN AVGG Log. Mur. — 3 extr. MAXIMINO ego, errore puto; F·MAXIMI Riv., F·MAXIMIA Log. Mur. — 5 in. ET · MVETX Log., unde dedit Hallerus VOT · V · MVLT · X — extr. IX · NATA de Loges Mur., qui soli habent. — 6 F CL V Kell., F · CL · V Lev. de Log. Mur., F · CL · VAL de Rivaz. — Haec videbantur notanda; alia praetermisi.

313 Villeneuve trouvée au bord du lac *Duff.* au vestibule de l'église.

D D N N CONSTANT *io inv aug*
ET MAXIMI *ano* INVICT AVG
severo ET MAXIMINO p. Chr. 305/6
sic NOBIILISSIMIS CAESS
5 F C A M XXVI

Contuli. Levade mém. III p. 67 (inde Haller I, 181), dict. p. 347; Orelli 334 = 139 ex hoc et a Gaudino q. v.; Duffoug guide p. 49.
2 MAXIMINO ego. — 3. 4 litteris maioribus scripti sunt. — 5 FCA certissimum est et habent omnes praeter Lev. dict., qui ex interpolatione dedit F · C · V. Mihi est *forum Claudii Augusti*.

314 locum non notavit qui primus ed. *Bochat.* Ollon in eccl. *Maff. de Riv. Exch. rel.*, ubi adhuc extat clausa; 'déterrée à S. Tryphon' *Exch.*, haud scio an de coniectura ex numeris ducta.

IMP · CAES · VAL
LICINIANO · LICINIO
P · F · INVICTO · AVG p. Chr. 307/323
F · C · L · VALL · OCT
5 M · P · XVII

Contuli. Ed. Bochat (1747) I, 142 ab amico acceptam; Maffei M. V. 420, 1; de Rivaz p. 114 (inde Haller I, 246 = 279; Murith n. 32; Boccard p. 395; Orell. 337 = 143); Exchaquet p. 79 (inde puto Levade p. 228); Duffoug guide p. 57.
4 lectio certa est; male Maff. F · CL · VAL · P . . . .

315 in burgo S. Pierre 6 horis a Martigny sub ipso monte S. Bernhardi.

IMP CAES VAL CONSTANTINO
PF INVICTO AVG DIVI
CONSTANTI PII AVG FILIO BONO p. Chr. 308/337
sic REIPVBVLICE NATO
5 F C VAL
XXIIII

Contuli. Ed. Saussure voy. IV (1786) p. 229 (inde sumpsisse apparet Exchaquetum 1787 p. 78, a quo rursus pendet omnino Haller I, 252 cf. 313 = 285, quamquam dare se ait ex cod. ms., fortasse commentario ms. Zurlaubenii quem citat Haller Bibl. der Schw. G. IV, 284); de Loges (1789) p. 186; Levade (1790) mém. III, 67 = 75 (cf. Orell. 5027 ed. 1 in not.), notans se descripsisse accurate a. 1788; Murith n. 26, qui ait ante male lectam esse. Descripsit etiam Haller II, 512 neque tamen suum exemplum edidit. Orelli 226 = 22.
Omnia certa sunt; inter exempla anteriora optimum est Murithianum. — 6 XIIII 'sic, non XXIIII', Levade; pessime. Numerus evidentissimus est.

316 ein Marmelsteinine Saul im dorff Martinach auff dem kirchhof bey der hinderen grossen kirchthür under das tach des vorschopffs aufgericht *Stumpf* neque quisquam postea neque alium locum neque accuratius indicatum adscripsit.

	Stumpfii manus prima:	*Stumpfii em.:*	
	IMP · CAES ////// VAL ·	IMP · CAESARI · VAL	
	CONSTANTORIO	CONSTANTIO · PIO	*scribe:* CONSTANTINO
	FEL · INVICTO AVG	FEL · INVICTO · AVG	
	DIVI · CONSTANT · P · P · II · AVG	DIVI · CONSTANTI · PII · AVG	
5	FILIO · FOR · CL · VAL · BONO	FILIO · FOR · CL · VAL · BONO	
	REIPVB · C · E · NATO	REIPVBLICE · NATO	

Descripsit Stumpf cod. 47 p. 197. 209, ed. XI, 21, a quo videntur pendere sequentes omnes: Munster cosmogr. 1550 p. 340 qui pauca verba tantum citat; Tschudy ed. p. 368 (in cod. 105 deest, sed extat Stumpfii exemplum manuscriptum in Sangall. 1083 p. 69); Simler descr. Vales. f. 30 (inde Grut. 284, 5; Boccard p. 397); Lips. auct. p. 30 a Paulo Gulielmio; Guillim. p. 176; Patin p. 313; Donat. 150, 2 ex schedis Gnocchii; Amati p. 101; denique de Loges p. 165, qui duos cippos miliarios Martiniacenses refert, sed si accurate examinaris, reperies eundem esse duabus formis relatum. Logium secutus Orellius item male duplicavit, altero relato inter Martiniacenses n. 225 = 21 ex Tschudio (cuius cod. Werdmüllerianum p. 413 male expressit), altero n. 227 = 23 errore (cuius erroris originem aperiet quaerenti Haller I, 286) ad vicum S. Pierre relato.

Stumpfii exemplum ita repraesentavi ut in cod. 47 manu prima bis aequaliter scriptum deprehendi a quo non multum recedit tertium Stumpfii item manu scriptum in Tschudii cod. Sangall., ubi est 1 CAE..., 2 CONST.....ORIO, 6 REIPVP·GENATO. Quod ipse postea emendavit in codice utroque loco (2 in cod. bis est CONSTANTO, in ed. CONSTANTIO; 4 p. 209 est CONSTANTII, p. 197 et in ed. CONSTANTI) itaque emendatum edidit, item adscripsi. Cum Stumpfiano edito plane consentit Lipsii (nisi quod in fine vv. fractam dedit) et Simlerianum (nisi quod 4 CONSTANTII legit). Tschudius emendavit 1 FL · VAL, 4 CONSTANTIN · AVG (om. PII), 6 REIPVBLICAE. Logii varia lectio haec est: 1 CAES · FL · VAL I, CAES · VAL II. — 2 CONSTANTINO I. II. — 2. 3 P · F · II — 3 AVG om. I — 4 CONSTANTII · PII I, CONSTANTINI · P · II — 5 F · II. — 6 REIPVBLICAE I. II. — Vides in hac farragine plane nihil frugi inesse standumque est illo ipso Stumpfiano exemplo, quod inemendatum quidem sed tamen a sua aliorumque interpolatione adhuc immune solum ad nos pervenit, et facile corrigitur adsumpto altero titulo simili n. 315.

317 col. mill. dans la bibl. de l'abbaye de S. Maurice *Rivaz, de Loges.* Frustra ibi quaesivi.

	Murith:	*de Loges:*	*Rivaz d'une part:*	*de l'autre:*
	IMP · CAES · FL · VAL	R · E · VAL ·	IMP · CAES ·	
	CONSTANTINO · PIO	IONO	..... TANTIO	P · F ..... TANTI ....
	FEL · INVICTO · AVG	AVG	F · CL · VAL	A · F VAL
	DIVI · CONSTANTI · PII · AVG	NTINI ·	VBLICAE	BONO ....
5	FILI · FOR · CL · VAL · BONO ·	F · C · VAL ·		.....TO
	REIPVBLICAE · NATO	VBLICE ·		

Duo exempla extant, alterum de Loges p. 155 (qui monet supplendam esse ad exempla Martigny et S. Pierre servata; unde suppletam recepit Murith n. 27), alterum I. A. de Rivaz (misit Rion antiquariis Turicensibus Corr. V, 232). Illud imperfectum est, hoc corruptissimum; imo anticam et posticam describere se opinatus eadem elementa temere iteravit; ut TANTIO — TANTI et VAL — VAL. Murithianus textus restitutus est sumpto fortasse Logii pro fundamento; sed tamen veram fere emendationem indicavit (excepto v. 1, in quo pro R·E reposuerim VAL, non FL) ideoque adscripsi.

318 fr. de col. tr. à Villette (dans le district de Lavaux, au couchant de Cully, sur la route de Lausanne à Vevey) et conservé à Bel-Air par M. Troyon.

numerus infra nullus unquam fuit.

Descripsi.

319 S. Tryphon. Frustra ibi quaesivi; fortasse delata Lausannam ad Constantem Rebecq.

Lev. mem.:	*Lev. dict.:*
C A E S A R	. . C A E S A R . .
M A N I C O	. . . M A N I C O
A X I M O	. . . A X I M O
O T E S T A T I	. . O T E S T A T . .
I I I	. . . I I I .
A I	A . . I

Levade mém. III p. 65, dict. p. 314; inde Haller I, 67. Orell. 338 = 144.
Cuius imperatoris sit, ignoro; certe non Caligulae, cum titulus tertio casu conceptus sit, quod in miliariis non reperi ante Traianum, et *maximus* princeps dicatur. Potius est Traiani.

C. GENAVA SECVNDVM LACVS RIPAM MERIDIONALEM.

In itinerariis siletur de hac via; sed extat praeter hunc alter huius viae lapis miliarius Severi et Caracallae anni 201 (Orelli ampl. coll. n. 279), repertus Messeri in ripa lacus Lemani Sabaudica e regione Nyoni.

320 tr. aux environs d'Hermance probablement sur l'emplacement ancien, car la distance de Genève est bien d'environ 7 milles romains *Soret.* Extat Genevae in museo publico.

I M P C A E S F L A V I O	
V A L C O N S T A N T I O	
F I O F E L I N A V G · E T	p. Chr. 305/6
S E V E R O N O B C A E S	
V I I	

Descripsi edidique Bull. dell' Instituto 1852 p. 112 non sine errore, quem lapide denuo inspecto emendavi. Soret misit Meyero 1840.

D. { EQVESTRI GENAVAM. / EQVESTRI LOVSONNAM.

I. Equestri Genavam. *M. P. XVI (itin.; M. P. XII Peut.).*

Computantur hodie Geneva Nyonum hor. Helv. 4⅝, id est M. P. XV.
Huc pertinet titulus n. 324, Prevessini prope Versoix repertus notatus n. III.
Item titulus n. 321 Versoixi repertus notatus n. VIII.
Huc relati sunt praeterea tituli n. 323. 328, Genevae reperti sine numero uterque; qui quo vere pertineant, ambiguum est.

II. Equestri Lousonnam ad lacum. *M. P. XX (itin.; M. P. XII Peut.).*

Computantur hodie Nyono ad Rolles hor. 2⅜, ad Morges hor. 3, ad Lausanne hor. 2⅜, quae horae 7⅝ efficiunt M. P. XXV.
Aut huius aut praecedentis viae est titulus n. 327 Novioduni rep. notatus n. XI vel potius I.
Huc pertinet titulus n. 325 ad fluvium Dully repertus notatus n. VII.
Item titulus n. 329 inter Vich et Begnins rep. numero carens.
Item titulus n. 326 ad S. Livre prope Aubonne rep. notatus n. XII. Qui cum non sit nisi alterum exemplum eius quem modo citavimus Noviodunensis, probat territorium huius coloniae certe ad Aubonnam usque pertinuisse, de qua re supra p. 18 non recte dubitavi.
Item titulus n. 322 ad St. Prex rep. numero carens; cui plane geminus redit in via Helvetica n. 335. Cuius rei ratio inde videtur petenda quod uterque titulus primo scilicet casu scriptus pertinet ad viae refectionem extra ordinem ab ipso imperatore susceptam sumptibus aerarii publici, non civitatium. Quare non mirum est tractum aliquem viae Equestris et alterum qui hunc exciperet viae Helveticae simul esse munitos. Simillimum exemplum suppeditant tituli duo n. 324. 325 item primo casu concepti itidemque viarum diversarum.

321 Versoix reperit Revilliod attulitque Genevam ubi extat 'sous l'horloge du Molard du costé du lac' *Spon.* Ubi nunc extet, ignoro.

IMP · CAES · NERV
VLP · TRAIAN · AVG
GERM · PONT · MAX
TRIBVN · POT · COS · II
M · P · VIII

Spon n. 30 ex apographo Revilliodi, addens 'on n'en peut à présent justifier que quelques traits, parceque la pluye en a presque effacé tous les caractères'. Pendent ex hoc exemplo reliqui, ut Orelli 278 = 82; Beaumontius etiam Alpes Gr. I, 127, quamquam simulat vidisse se titulum et descripsisse homo nugacissimus.
Traditam lectionem interpolatam esse nemo non intellegit; certe pro NERV · VLP debuit esse NERVAE, item addendum est P · P · Sed vide ne multo gravior interpolatio subsit ut fere accidit in titulis evanidis ex antiquo auctoris incerti apographo suppletis.

322 mil. de St. Prex, transporté sur le pont de Boiron près de Morges *Exch.*, ubi adhuc extat.

M · AVR
PIVS EL M MAX BRIT
MAX PONT MAX TRIB POT XVI p. Chr. 213
IMP II COS IIII PROCOS
*FORTIS*SIMVS I*NV*ICTISSIMVS
MA*g*NVS I//// PACATOR
ORBIS VIAS ET PONTES VETVSTATE
COLLABS RESTITV . .

Contuli. Exchaquet p. 69, quem male exscripserunt reliqui: Levade mém. de Laus. III, 69, dict. p. 52; Haller I, 209; Orell. 323 = 127.
Exchaqueti exemplum diligenter exceptum lectio mea confirmavit, nisi quod hodie plures litterae plane perierunt, quas inclinatis dedi. Solo v. 6 pro MAVG... INV Exchaqueti deprehendi MAGNVS I///. — 8 vestigia a me excepta indicabant potius CONLABSAS. — Ceterum confer geminum titulum Salodurensem n. 335.

323 col. mil. à Genève sur la treille *Sp.*, nunc in museo.

	Abauzit:	*Spon.:*	*ego:*
	IMP · CAES	IMP · CAES	IM
	DIVI · MAGN · ANTONI	DIVI · MAGNI · ANTONI	DIVI MAGN AN//ON
p. C. 222/235	NI · PII · F · D....ER · NE	NI · PII · D . . . *NE*	NI PII PNE
	POS	POS	POS ///// P O M
5	. . . . .	. . . . IA	////I I A
	TRIB	TRIB · POT	TRIB/OTII
		MIL · P	

Descripsi; sed lapide ita collocato ut recte et plene legi nequiret. Spon n. 31; melius Abauzit in Sponii ed. sec. II, 330 (inde Schoepflin I, 559); Mur. 1045, 8 (misit Bimardus, qui sumpsit ab Abauz.). Ex his Orelli 280 = 84.
3 repraesentavi Sponii ed. 1; ed. 2 pro *NE* habet ER.

---

324 à Prevessin (qui vicus quamquam Gallicus potius est quam Helveticus, tamen lapis praetermitti non debuit) aux environs de Versoix à la porte d'une église.

	IMP CAE*s. c. iul*	
	MAXIM*inus p. f. au*	
	G ET C · IV*l. maxi*	
	MV*s* NO*bilissimus*	
5	*c*AES · PONTES ET	p. Chr. 235/8
	VIAS VETVSTAT	
	CONLABS REST	
	COL · EQ·M·P·III	

Mallet descripsit, lacunis nullis indicatis. — Idem titulus statim redit in lapide ad Dullyum fluvium reperto; quod notandum est, cum alter ad viam Equestri Genavam pertineat, alter ad viam Equestri Lousonnam.

325 déterré en 1782 près de l'ancien pont de la Dully *Exch.* Nunc in ponte rivi eius in via inter Rolle et Nyon.

	I*mp caes c iul*	
	*m*A*ximinus p f a* E*t*	
	*c i*VL*ius* MAX*imu*S	
	NOBILISS CAES PON	p. Chr. 235/8
5	TES · ET · VIAS VETVST	
	CONLABS · RESTIT	
	COL · EQ · M · P · VII	

Contuli. Duo exempla ante extabant, Exchaqueti p. 67 (inde Levade mém. de Laus. III, 67. dict. p. 112) et Halleri I, 156 = 200 qui vidit; inde Orell. 319 = 123. Neuter bene legit, Exchaquetus male retulit ad Septimium Severum.

326 ʿpierre ronde de 3 pieds 3 pouces de hauteur et d'environ 5 pieds de circonférence' *le Coultre.* ʿin aed. priv. M. P. ultra amnem Aubonne' *Ruchat in cod.* 220. ʿdans la cuisine de la maison du capitaine Grivel à S. Livre' *le Coultre.* ʿtr. au chemin de l'Etraz près de Lavigny, transportée dans la maison Morsier à S. Livre' *Exchaquet* not. d'ut. I, 127 et *Levade.* Hodie Aubonne in castro.

IMP CAES
M ANTONIVS
GORDIANVS
PIVS FELIX AVG
PONTIF MAX *tr*
POTEST III COS *pp* p. Chr. 240
VIAS ET PON*tes ve*
TVST CONLA*ps rest*
M P XII

Contuli Duo extabant tituli exempla: Ruchati (hist. ms. I, 4, 56; apud Bochatum I, 80 ex Ruchati libro non sine supplementis; Hagenbuch cod. 283 p. 140 et cod. 286 p. 32 a Ruchato; item in cod. Turic. c, 220 citato C. D. Iselii commentario ms.; denique in cod. Zolleri p. 590) et ex le Coultrii litteris scriptis 1 Sept. 1750 apud Bochatum III, 619. Ex his pendent Levade p. 185; Orelli 321 = 125.
Hic est titulus cui intrusit Ruchatus coloniam suam Alponensem; scilicet legit in fine VIA ET PONT .. ‖ TVT · COL· ‖ ALPON.

327 col. autrefois ronde de 5 pieds 8 pouces de hauteur, sert d'auge dans la cour de M. de Vignes secrétaire baillival de Nion *le Coultre* col. mil. à Nyon *Ruch.* Exchaquetus (not. d'ut. I, 127) videtur frustra quaesivisse.

le Coultre:	*Ruchat:*
. . . . .	. . . . . I . . ATO . .
. . . ONI . . .	NTONIVS
. . . AN . . .	R · RANV ·
. . . . .	TENV · V · C ·
. . . IIIIC . . .	ON · MAX · TRIB ·
. . . . . CIEC	TEST · III · C · I
	M · SE · I · NS VIAS E
	IL · RENV FEC
	XI

Viderunt Ruchat hist. ms. I, 3, 38 et le Coultre, cuius apographum ab ipso suppletum edidit Bochat III, 621; Bochatum exscripserunt accurate Exchaquet p. 66, male Levade mém. de Laus. III, 69; Haller I, 226; Orelli 307 = 111.
Est tituli Aubonnensis alterum exemplum, ut vidit qui utrumque tractavit le Coultre. Inde restitue.

---

328 col. Genevae à la Pelisserie *Spon.*

	scribe:
IMP · CAES	
C · VIBIO · TREBONIA	
NO · GALLO · PIO · FELICI	
AVG PONTIFICI · MAX	
TRIB · POTES · COS · II · P · P	
252/4 IMP · CAES	ET · IMP · CAES
C · VIBIO · ANNIO · GALLO	C · VIBIO · AFINIO · GALLO
. . . . IANO · VOLVSIANO	VELDVMNIANO · VOLVSIANO
. . . . .	
. . . . .	

Spon n. 38; inde Donat. 181, 4 et Orell. 281 = 85.
Post 8 in ed. 2 Sponii additur versus omissus in ed. 1 et 3: PIO · FEL · AVG · PONTIF . . ., qui haud scio an sit ex supplemento.

329 fr. de col. mill. tr. en 1811 entre Vich et Begnins sur la voie romaine (Estraz) placé dans le château de Begnins *Lev.* Frustra ibi quaesivi.

	Levade supplet:
. . . . RA	*imp e* RA *t*
P · LIC	P · LIC *inio*
. . . . .	*valeriano*
. . C · GALI . . .	*li* C · GALL *ieno*
. . C	*et Corneliae*
. . LON	*sa* LON *inae*
. . . . .	
. . . . .	

Levade p. 42 cui descripsit Rigot; inde Orell. 318 = 122. Restitutio certo falsa est, non facile enim imperatorum uxores in cippis miliariis nominantur; cui restitutioni cum lectio aptata videatur esse, hanc suspectam iudico. Vide ne sit 2 in. FELICI.

E. AVENTICO LOVSONNAM.
AVENTICO VINDONISSAM.

Aventico per Minnodunum et Viromagum quae Viviscum pervenit via miliarios si habuit, certe adhuc nullos dedit. Contra habemus complures eius viae, quae Aventico Eburodunum, inde Lousonnam pergebat, quam etiam ex parte pictam dat tabula itineraria.

I. Aventico Eburodunum *LEVG. XVII.*

Numerantur hodie hor. Helv. 7⅝, id est M. P. XXV sive L. XVII.

Aut ad hanc aut ad septentrionalem Aventico Peteniscam pertinet titulus n. 338 Aventici rep., numero carens.

Eburoduno Lousonnam

Numerantur hodie breviore compendio per Echallens euntibus hor. 6⅛, id est M. P. XXI, ut ab Aventico Lousonna distet M. P. XLVI. Via antiqua aliquanto longior fuit circuitu facto per Chavornay et Penthaz.

Huc pertinet titulus n. 333 Treycovagnes rep., notatus n. leug. XXI.

Item titulus n. 334 Chavornay rep., notatus n. leug. XXIII.

Item titulus n. 331 Entreroches rep., notatus n. mil. XXXXI.

Item columna miliaria ex marmore albo, quam prope Penthaz (inter Cossonay et Lausanne) vidit Exchaquet (not. d'util. publ. I, 126), in qua tribus locis scripturae vestigia deprehendit neque tamen legere potuit.

II. Alterius viae Aventico Lousonnam per Minnodunum videtur fuisse lapis miliarius n. 332, qui rep. est Paudexi prope Lausanne numeratque inde Aventico milia tantum XXXVIII; qui numerus minor est quam ut referri possit ad viam de qua diximus Eburodunensem. Contra iter Aventico Minnodunum computant hodie horis 6⅜ sive M. P. XXI (sive leug. XIIII, ut est in itinerario), Minnoduno Lousonnam horis 5 sive M. P. XVI; a Lousonna Paudex abest hora dimidia, ut optime sic quadret lapis XXXVIII ibi repertus.

III. Aventico Peteniscam *LEVG. XIV (XIII itin.).*

Numerantur hodie hor. Helv. 7⅛, id est M. P. XXIII sive L. XV.

Petenisca Salodurum *LEVG. X; ab Aventico LEVG. XXIV (XXIII).*

Numerantur hodie hor. Helv. 4⅛, id est M. P. XIII sive L. IX.

Saloduro Aquas

Numerantur hodie hor. Helv. 13, id est M. P. XLII sive L. XXVIII.

Huc pertinent tituli n. 335. 336 Saloduri reperti, numeris notati XXVI et XXVIII (?), leugarii potius quam miliarii

Item tituli n. 330. 337 Badenae reperti, numeris notati leug. LVI (= mil. LXXXIV) et mil. LXXXV. Hodie numerantur Aventico ad Aquas paullo plus M. P. LXXVIII sive L. LII.

330 'Dise Sul ward Anno Dni. 1535, als ich Gilg Schude von Glarus Landtvogt zu Baden was, in einem Acker by dem dörffle *Wylen*, so im Ergöuwischen teil gemelter Graafschafft — ligt, funden und haruss graben, die liess ich zu der Eydtgenossen Schloss zu Baden an der Limmagt im turgöuwischen teil furen. — — Diser straassen fint man noch ein ufgeworfnen tamm, so man von Wildeck gen Arowe ritet imm eichwald. Item so man von Kilchdorf under Baden gen Clingnouw ritet.' *Tsch.* Bade à l'entrée de la porte *Sym.* 'a. 1712 im Toggenburger Krieg gen Zürich geführt' *cod. Zolleri*; ubi nunc extat in bibl. publ. Lapis est ex topho eo qui reperitur Wyli prope Badenam saepeque usurpatus est ab antiquis aedificiorum redemptoribus.

IMP · CAESARI
DIVI · NERVAE · F
NERVAE · TRAIA
NO · AVG · GERM
5 PONT · MAX · TRIB
POT · COS · $\overline{II}$ · P · P · DES p. Chr. 99
$\overline{III}$ · M · P · LXXXV

Descripsi. — Symeon Cesar renouvellé f. 33 *b*. Tschudy cod. 105 f. 5. 88; ed. p. 144. Simler cod. 102 f. 25. Stumpf cod. 47 p. 105, ed. IV, 21; cuius manu exemplum scriptum cum nota 'inv. Thermis a. 1534' extat in Fenestellae libro ed. 1532 olim Stumpfii nunc bibl. civ. Turic. Guillimann. p. 159. Grut. 155, 5 e St. et Sym. Mur. app. 5, 6 a Richtero. Schoepflin I, 548. Bochat I, 496. Hagenbuch cod. 283 p. 311. Exchaquet p. 118. Gerbert p. 28. Haller I, 141 = 161. Orell. 449 = 256.

6 nunc est cos · $\overline{I/}$; antiquiores $\overline{II}$. — Notae numerales confusae sunt vel certe non conveniunt canoni Borghesiano, qui sic ordinat (ann. XVIII, 330):

Oct. extr. 97 — 28 Ian. 98: Caesar, imp., tr. p., cos., [des. II].
28 Ian. 98 — 27 Ian. 99: Aug., tr. p. II, cos. II, [des. III].

Quare aut omissa est tribuniciae potestatis nota, quod fieri potuit in titulo provinciali, aut non statim nuntius in Gallias allatus est Traianum inde ab obitu Nervae iterasse potestatem tribuniciam; cui favet, quod DES · III item extra ordinem adiectum est in lapide. — Cf. Epamanduodurensem columnam simillimam Mur. 1093, 6.

331 rep. 1640 in fossa inter Albonam et Eburodunum conficienda inter rupes praescissas Serratae quasi a medio earum qua patet transitus *Plant.* Entreroche in saxo 2 p. longo, 1½ p. alto *cod. C* 220. Nunc Orny ante castrum.

IMP
CAES · TRAIANO
HADRIANO
AVG · P · M · TRIB
POT · COS · III · P · P p. C. 128/138
AVENTICVM
M · P · XXXXI

Contuli partem superiorem. Plantin. 1656 p. 253 (inde Fesch cod. ms.; Reines. II, 8 ex Plant.; Guichenon p. 41, cui misit Verace-Budé). Spon n. 43 (inde puto Délices de la Suisse p. 238) qui vide ne ex coniectura emendaverit. Hist. crit. de la rép. des lettres t. 6 (Amst. 1714) p. 73, quae qui scripsit, lapidem accurate examinavit a. 1708. Ruchat hist. ms. I, 4, 10 qui bis descripsit; Bochat I p. 500 a Ruchato qui vidit; ex Bochato, ni fallor, Exchaquet p. 106. Cod. C 220. Mur. 1030, 6 (misit Bimardus). Dunod déc. de la ville d'Antre p. 164, cui miserunt Roy et Dufour. Donat. 333, 2 e schedis Gnocchii. Orell. 342 = 148.

2 CAES · TR · P · AILIO Pl. (unde pendet Ruchati et Exchaqueti CAES · TR · F · AILIO, item prava Sponii restitutio CAES · TIT · AELIO); sed CAES · TRAIANO hist. crit., cod. c, Mur., Dunod. — 4 TIB Dunod. — 5 POT....COS · III · P · P Ruchat, POT · COS · IIII · P · P Exch. — 6 AV..NTIC cod. c; ADVN · HIIC · M Dunod; AV..... hist. crit. — 7 om. hist. crit., cod. c, Dunod, nititurque numerus, ni fallor, solo Plantino.

332 rep. a. 1768 Paudex prope Lausannam, nunc Lausannae in aedibus sacerdotis Levade *Lev. mém.* et *dict.*; *Exchaquet not. d'ut. publ.* I, 127. — St. Saphorin rep. ait *Haller ed.* 1; idem Paudex *ed.* 2. Extat adhuc in dictis aedibus, hodie Dufourneti, ad eccl. cath.

IMP
CAES T AELIO
ANTONN AVG
PIO P·M·TRIB POT
COS III P P p. Chr. 140/4
AVENT MP
XXXVIII

Contuli. Levade mém. de Laus. III, 68; dict. p. 173. Exchaquet p. 102. Haller I, 154 = 176. Orelli 330 = 136 a Troyono.

333 in vico Treycovagnes rep. testantur multi. Extat Eburoduni in muro aed. privatarum *Plant.* dans la cave de M. le secrétaire Bourgeois *cod. C. Scheuchz.* dans la muraille d'une maison rue de Four *Ruch.* Nunc in curia.

IMP · CAES
L · SEPT · SEVERO · P
PRT · AVG · ARAB · A
PARHC · MAX · P · P · C
T · IMP · CAES · M · AVR
I/ ANTONNO · PO · EL ·
COS · E · L · SEPT · GE/ p. Chr. 202/5
CAES AVNTIC · EV/g
XXI

Contuli. Plantin. 1656 p. 252 (inde Reines. III, 33); 1666 p. 521. Scheuchzer it. Alp. 1709 p. 499. Cod. C 220. Hagenbuch cod. 284 p. 37 qui vidit (inde Orelli 352 ed. 1). Ruchat hist. ms. I, 4, 31; Bochat I, 537 a Ruchato. Donat. 145, 2 ex schedis Gnocchii. Exchaquet p. 94. Haller I, 171 = 192. Amati p. 216. Nuper descripserunt Dubois Corr. der a. G. IV, 37 et Troyon, qui dedit Orellio n. 159 ed. 2.

334 Chavornay à une lieue d'Orbe, enchassée dans une muraille le long du grand chemin d'Yverdun *Ruch.* Nunc loci dominus Laurent e muro extraxit et effecit partem inferiorem ut addere possem. Nuperrime transiit in museum Lausannense.

IM/ CAES · L · SEP
TMIO SEVR PO PRT
NACI AVG ARABCo
ADABNC/ PARTHI
Co MXIM P P CoS · III p. Chr. 202/205
ET IMP CAES M · AV
ToNNo PIo
//////////////
AVNIC /////I
VV II

Contuli. Extabat unicum exemplum non accuratum Ruchati, qui a. 1710 dedit Hottingero (inde Hagenbuch cod. 286 p. 34; Orell. 340 = 146), item Bochato qui ed. I, 539 (inde Exchaquet p. 107; Haller I p. 171 = 192; Levade dict. p. 73 cum supplementis Bochati male factis) posuitque in hist. ms. I, 4, 32.

335 Solothurn in curia.

IM*p caes m aur* AN
TON*inus pius f*EL ⁘ A
VG I/////////BRI*t*
MA*x po*NT MAX TRIB
POT XVI IMP II COS III p. Chr. 213
PROCOS PRINC IVVE*nt*
FORTIS//M//////ISIN///
VSQM/////NII///////IF
PACAT*or* ORB VIAS ET
PONT VETVSTATE CO//
LAPS RESTITVIT
AVENT
XXVI

Contuli. Haller II, 364 a Zurlaubenio (inde Orell. 406 = 219); Dubois in schedis ms.; Schulthess Zeichn. der ant. Ges. I, 106. — Confer geminum titulum ad St. Prex repertum n. 322.
6 lectio in dubium vocari nequit; cf. Orelli syll. 930. — 13 numeri laesi sunt superne. — In cod. Wallierii scripto c. a. 1762—1770 tribus locis exhibentur columnae miliariae: p. 252. 253 tres, quarum una scripta est; p. 257 item tres, quarum una scripta est; p. 277 duae scriptae. Harum ex picturis inter se comparatis eandem esse constat, quae sic exhibetur:

p. 253. 257	p. 277
TONIN	ANTON
MAX	
POT XVI	
PROCON	XXV
SACER	
M· (M *p.* 257)	
XXP (XX *Hall.*)	

quod exemplum per Zurlaubenium pervenit ad Hallerum II, 364, unde repetiit Orellius 407 = 220, videturque exceptum ex ipsa illa quae adhuc extat columna miliaria Salodurensi lectu sane difficillima. — Alteram scriptam vide n. 336. — Ceterum Glutz-Blotzheim etiam (Soloth. Wochenbl. 1810 p. 35) memorat tres columnas miliarias extare Saloduri in curia, testatus non scriptas eas esse ex ea parte qua muro immissae sint seque eas legere posse negans. Ibidem (p. 209) narrat nescio quis, usque ad a. certe 1794 lapidem miliarium propemodum integrum Traiani ('ni memoria fallit') stetisse Saloduri 'auf dem Schützenmattglacis vor dem Eichthor', qui quo postea pervenerit, cupit doceri, imo aureum promittit ei qui investigarit. Potest fuisse ipse ille lapis qui nunc extat in curia.

336 Solothurn.

reliqua evanida:

XXVIII

Cod. Wallierii p. 277 (inde per Zurlaubenium Haller II, 365); ibidem videtur repetita in alterutra ex binis non scriptis columnis quae dantur pictae p. 252. 253 et p. 257. Vide ad n. 335.

---

337 columna dimidiata diametri poll. 18, alta hodie ped. 3, ex topho eodem de quo dixi ad n. 330; prope Baden Aargov. oppidum 'in einer Kiesgrube in der Nähe der Bäder' rep. m. Maio a. 1851 *Eidg. Zeit.*; extat ibi in diversorio *zum Schiff* in hortis.

IMP · C · M
CL · TACITO
IN*v*IC AVG p. Chr. 275/6
P M T P CO*s*
PROCOS
/AV L LVI

Descripsi. Eidgenöss. Zeitung (Zürich) 1851 d. 4. Iun.; Bull. 1852 p. 106 ex apographo Meyeri.
6 numerus clare scriptus est et integer.

---

338 parva columna lapidea, Aventici rep. 1746 *Boch.*

NOBILISSI
MO CXES
C GXLERIO p. Chr. 292/304
MAXIMIX
N AVG F

Bochat I, 556, cui misit Bosset sacerdos Aventicensis. Ex hoc pendent reliqui, ut Donat. 147, 10, cui misit Schmid, et Orell. 382 = 190.
3 C suspecta mihi; fuerit D·N·GALERIO vel GAL·VALERIO. — 5 'on voit des traits qui ne permettent pas de douter, qu'ils ne soient les restes de ces lettres N · AVG' *Boch.*

XXVII. INSTRVMENTI DOMESTICI INSCRIPTIONES.

Pavimentis, parietibus, supelleetili denique domesticae inscripta vel impressa et omnino minora varia hoe eapite ita eomposui, ut ubieunque inventa eapitulatim recenserentur; ne iis quidem exelusis quae extra Helvetieos fines reperta sunt esseve videntur. Nisi quod ex hoe genere quaedam plane ex hae sylloge eliminanda esse duxi, ut tegulam legionis XXI rapaeis a Bonnensibus antiquariis museo Turieensi donatam et similia, quae ab huius operis instituto aliena esse neque faeile cum supelleetile vere Helvetiea unquam eonfundi posse viderentur. A loeorum ordine in hae operis parte quod diseessi, faetum est duabus ex causis. Primum enim si qui harum quisquiliarum usus fruetusve esse potest, ad eam vix quisquam perveniet nisi generibus classibusque eoniunctis et singulis universisque inter se collatis; euius operae utilitas maxime eernitur in tegulis militaribus. Deinde eum loei ubi reperta haec sint persaepe ignorentur, ii quoque quorum memoria extat vix nobis indieant veram harum rerum originem; vasorum eretaeeorum maxime et lueernarum quam late patuerit olim commercium, hodie peritos non fugit. Ceterum ut fit, extiterunt tituli quidam, quos utrum huie classi insererem an in ordine locorum eolloearem dubius haesi; ut fuerunt tituli vasis Wettingensibus inscripti n. 242, qui tamen anathematum potius indolem prae se ferre visi sunt, item Esehenzianus laterieius n. 273, de cuius argumento non eonstat. Quam inconstantiam ne quis aceuset, provoeabo in his ut in aliis similibus huiusmodi operae quasi necessariis noxis ad lectorum benevolam acquitatem, qua carere non possumus qui eupimus in ordinem redigere naturae opes profusas hominumque sensus varios artesque diversas. — Denique brevitati consulens locorum indieationes, ubi singulae res adservantur, plerumque ita tantum indieavi, ut uncis quadratis circumscriberentur.

339 *in pavimentis tessellatis inscripta.*

1 Aventici rep. 1676 *Zoll.* (male 1674 *Wagn.*, 1679 *Wild*). Simul fere et erutum et pessumdatum esse oppidani Aventicenses narraverunt *Sponio.*

POMPEIANO ET
AVITO CONSV p. Chr. 209
LIBVS KAK
AVG·

Pictum pavimentum exhibent cod. Zolleri p. 492 (inde Haller II, 273), ubi subscr. est 'Iohan Conrad Schwytzer fecit d. 10 Iun. 1676' eodemque anno dicitur repertum, et ex cod. Ottiano cent. I, n. 20 Hagenbuchius cod. 283 p. 204, ubi datur ex litteris Ioh. Henri Othonis d. 16 Mart. 1677. Ediderunt Spon 1685 (vel potius 1679, quo anno primus liber misc. separatim prodiit) p. 40; Wagner ed. (1688) p. 163, ed. 3 p. 202; Wild (1710) p. 178; Donat. 177, 3 a Schmidio et Gnocchio. Orellius 383 = 191. 192 male geminavit.
Exempla adscribam:

cod. Hagenb.:	*cod. Zolleri:*	*Spon. Wagn.:*	*Wild:*
POMPEIANO ET	POMPEIANO ET AVITO	POMPEIANO ET AVITO	AVITO ET POMPEIANO COS
AVITO CONSV	CONSVLIBVS KAL	COSS · KAL · IAN	KAL IAN
LIBVS KAIV	AVG		
AVG ·			

Si quid video, sequendus est codex Hagenbuchianus, nisi quod pro KAIV in pavimento videtur fuisse KAK i. e. KAL. Sponius qui non vidit videtur notasse titulum ex ore Aventicensis cuiusdam; Wildius, cuius aetate dudum perierat, male excepit sive ex Wagnero sive aliunde. Causa igitur nulla est cur propter exemplorum diversitatem cum Orellio duas similes inscriptiones Aventici repertas esse statuamus.

---

2 Aventici rep. 1689 *Wild*, non 1704, ut ait *Hall.*

PROSTHASIVS FECIT

Wild p. 179, a quo pendent reliqui, ut Parent ms. Salod. p. 88 (qui PROSTATIVS); Haller II, 274; Orell. 384 = 193.

3 Bümplitz prope Bernam urbem rep.

MAX . . . . .

Schmid 1760 p. 118, quem exscribens Haller I, 244 = 276 errore dat MAXIMIANVS.

340 *in ponderibus.*

1 pondus aereum quod app. 75. 345 gramm. = 1418 1/2 grana Paris. = 3 unc. Rom. [Basil. olim mus. Faesch, nunc bibl. publ.].

supra ° ₀ ° *punctis argento incrustatis*
in latere III
infra EX·A·CAS *litteris olim argento incrustatis*

Bruckner p. 2914, tab. XVII n. 5. Roth p. 19. Orell. . . . = 313. — Lege: *ex(actum) a(d) Cas(toris)*; cf. Fabrett. 526, 372. 527, 374.

---

341 *in parietibus stilo scripta vel picta.*

1 in opere tectorio Aug. [mus. Schmid].

ƧoRTIↃ

Roth p. 20 (inde Orelli . . . = 321).

2 in creta pictis litteris [mus. Bas.].

M F V E

Descripsi.

---

342 *diptycha.*

1 circulo scriptus titulus inter utramque paginam; extabat in seminario Gerundae prope Siders. Num adhuc ibi sit, ignoro.

RVTIVS	PATRICIVS	
ACHILIVS	ITERVM	
SIVIDIVS V̄ C̄	PRAEF VRBIS	
ET INL EX PRAEF	CONSVL ORDI	p. Chr. 488
5 VRBIS	NARIVS	

Eugen. de Levis de Rutii Achilii Sividii praefectura et consulatu epistola (Taurin 1809. 4.), quem librum mihi non visum excerpsit Gazzera dittico di Aosta (mem. di Torino vol. XXXVIII) p. 228; Murith n. 33. 34.
I, 1 RVTILIVS Murith; RVFIVS emendat, recte opinor, Rossi annali dell' Inst. 1849 p. 345 ex titulo Romano in quo est †† RVFI ACHIL || EX QVAES. — 4 INI Murith. — Anni 488 esse dixi auctore Borghesio (sull' ultima parte de' censori p. 50).

2 diptychon Turici olim apud Io. Henr. Hottingerum († 1667), qui unde habuerit ignoratur; tamen ut pleraque alia hoc quoque diptychon medio aevo in monasterio aliquo ecclesiasticis usibus destinatum fuisse docet inscriptio, quam minusculis scriptam in postica deprehendit F. Keller, sacerdotis cuiusdam plebi diem paschae futuri nuntiantis. I. H. Hottingero mortuo tabulam priorem accepit alter filius Conradus, posteriorem alter Iohannes Iacobus, a quo pervenit ad heredem huius Iohannem Iacobum Gesnerum. Ex a. 1787 utraque tabula denuo coniunctae extant Turici in antiquario. — Norimbergae sinistram tabulam collocat *Gori* et hunc secutus *Gerb.*, qui videntur cum Turicensi diptycho consulis Areobindi Norimbergense Clementini consulis confudisse.

in pagina priore:

FL̄ · ARĒOB · DAC̄AL̄ · AREOBINDVS · V̄ I· p. Chr. 506

in pagina posteriore:

EX̄C · SAC̄ · STA ET M̄ M̄· P OR·EX̄C̄·C̄·OR̄

Contuli. Reperit et edidit Hagenbuch primum tabulam posteriorem solam cod. 286 p. 175, ep. epigraph. p. 46. 272 sq., deinde utramque de diptycho Brixiano epist. epigraph. (Turici 1749. fol.) p. 232 sq. aere incisam. Inde pendent Gori diptych. (Flor. 1759) I, 208; Gerbert p. 43; Donat. 198, 3. Lege: *Flavius Areobindus Dagalaiphus, Areobindus, vir illustris, excomes sacri stabuli et magister militiae per Orientem, exconsul, consul ordinarius*; quae interpretatio est Hagenbuchii demonstrantis praeterea ad hunc consulem referendum esse, non ad Arcobindum anni 434. Ceterum ad Areobindi nomen geminatum quod attinet, similes geminationes frequenter reperiuntur in diptychis, ut in Norimbergensi a. 513 *Fl. Taurus Clementinus Armonius Clementinus* (Gori I, 229), in Bituricensi et Leodiensi a. 517 *Fl. Anastasius Paulus Probus Sabinianus Pompeius Anastasius* (Gori I, 263), in Compendiensi a. 525 *Fl. Theodorus Filoxenus Sotericus Filoxenus* (Gori II, 19). Apparet nomen primarium in fine repetitum esse, similiter ut in titulis aetatis paullo melioris idem nomen in summo lapide collocari solet solitarium. — Praeterea notandum est ex eiusdem Areobindi consularibus diptychis aetatem tulisse quattuor, quorum duo integra sunt, Turicense hoc et Lucense (Gori I, 219); tertii Vesontini extat tabula prior (Millin mag. encycl. a. VIII. 1802. t. IV, p. 444), quarti Divionensis, quod olim male tribuebatur Stilichoni, tabula posterior (Gori I, 121). Caelatura varia est, inscriptio fere eadem.

---

343 *instrumentum ex argento aere plumbo ferro vitro.*

1 clipeus argenteus 34 1/4 unc. pondo, rep. anno 1721 in Arva fl. prope Genevam; extat in mus. publ. Genevensi.

LARGItAs D · N · VALENTINIANI AVGVSTI

Contuli. Abauzit apud Montfauconium ant. expl. suppl. t. IV (Paris 1724) p. 51 qui aere expressit; idem Mercure Suisse 1743 Juillet p. 21 (cf. Haller Bibl. IV, 271); idem oeuvres II, 63. Sinner voy. II, 79. Orelli 282 = 86 — LARGITAS priores.

2 cochlear arg. Aug. rep. [Basil. olim in mus. Faesch, nunc in bibl. publ.].

VTERE FELEX

Huber ad Hagenbuchium ep. 1737, 32. Hagenbuch cod. 283 p. 297 q. v. Schmid 1760 p. 56 1771 p. 29. Bruckner p. 2916 tab. XVII n. 15. Roth p. 20. Orelli 428 = 314.
FELIX Schmid 1771, Br.; SEIE Huber.

343 3 in trullae argenteae fundo stilo scriptum. Rep. in vico Prigny [Genevae in museo].

litteris leviter incisis bis repetitum VITALIS

litteris altius scalptis XI

Descripsi.

4 Aventici in museo, lamina aerea litteris quasi ad ornamenti speciem adornatis, ut si laminam corio exempli gratia adsueris, inter litteras corium appareat.

HEC · GEMELLIANVS F

Descripsi.

5 urna aerea rep. a. 1566 Locarni, si fides *Wagnero*.

LENTVLVS

Wagner ed. 2 p. 105; ed. 3 p. 133 (inde Orelli 472 = 280), qui unde haec habuerit, frustra quaesivi. Cf. 343, 12.

6 trulla aerea, Muraz prope Villeneuve.

MERCVRI

Levade p. 214, inde Orelli 336 = 141.

7 trulla aerea, Muraz prope Villeneuve.

HERMINALIS

Levade p. 214, inde Orelli 336 = 142.

8 in globo aereo rep. Aug. 1772 [Basil. bibl. publ.].

DAM

Roth p. 20 (inde Orell. . . . = 317).

9 fr. de cadre en bronze auquel est lié par un clou un fr. de plaque aussi en bronze, sur lequel est gravée la lettre A [mus. d'Avenches n. 549].

Misit Troyon.

10 'im J. 1653 den 4. Nov. ist in dem minderen Basel in dem Garten des Klosters Klingenthal ein langer Bleyklumpen herfürgegraben worden mit dieser Ueberschrift' *Wagner*, item *Fesch.* Nunc extat in antiquario Basil. massa bipertita, cuius pars prior app. 32 1/4, pars posterior 34 3/4 libras ponderis eius quo Basileae ferrum appendere solent.

SOCIETAT S·T·LVC·RETI

Descripsi. Wagner ed. 2 p. 45, ed. 3 p. 62; Fesch ms.; Bruckner p. 2891 aere expr.; Roth p. 19; Orell. 426. 427 = 312. — Partes hodie iunctas olim unam massam effecisse et testantur antiquiores et demonstravit Rothius; inscriptiones duobus sigillis altera iuxta alteram impressae sunt spatio inter utramque interposito. Puncta complura apparent in superficie casu sparsa, ut nihil impediat quominus in altera legatur *societatis Titi Lucretii*.

343 11 in calamistro ferreo Aug. [mus. Schmid].

litt. inversis CARISEI

Roth p. 21 (inde Orell. . . . = 318); item schedae Rothii; Hardmeier Zeichn. der ant. Ges. IV, 19.

CARISEI Rothii ed., CARISEL Hardm.; in schedis Rothii est CARVSSAI.

12 in urnae vitreae fundo; Romae *Lang.* apud Strozium *Gud.* Locarni in Ticinensi pago *Wagner*, quo iure nescio sed haud scio an nullo.

L · AEMILI
BLASTI

Reines. XVII, 177. Gud. ms. 382, 2, ind. p. LXXVII. Wagner ed. 2 p. 105, ed. 3 p. 133. Orelli 473 = 281.

1 L om. Gud. — AMILII Wagner.

13 in fundo ampullae vitreae quadratae, rep. 1849 Martigny aux Morasses.

I ⊰ A

Zeichnungen der ant. Ges. IV, 106.

344 *tegulae castrorum Vindonissensium.*

Quibus quaeque locis repertae sint tegulae, infra accurate indicabitur; hic notavisse sufficiet typos primum secundum tertium sextum coniunctos ubivis reperiri, ut ubicunque paullo maiore numero hae tegulae prodeant, ex his quattuor typis non facile ullus desideretur. Quintus paullo rarior adhuc non repertus est nisi Vindonissae et Kloteni et ad Confluentes, id est in stationibus et ruderum amplitudine et tegularum numero maxime conspicuis. Quartum ne eum quidem vulgarem habuimus a Confluentibus et Kloteno et Seebio; Vindonissae adhuc eum non prodiisse notatu dignum est, cuius rei causam fortasse effossiones futurae explicabunt. Septimi plane singularem rationem infra interpretabimur. — Cohortium tegulae n. 8—12 rarae sunt omnes neque facile inveniuntur extra Vindonissam; nisi quod decimi typi exemplum ad Confluentes etiam videtur prodiisse et duodecimi prope vicum Badensem Thiengen repertum est.

1	*litteris incusis*	L · XXI	Idem bis repetitur in massa cretacea Dällikonensi.
2	*litteris incusis*	L · XXI G	(*potius quam* C).
3	*litteris incusis*	L · XXI · S · C · VI	
4	*litteris extantibus*	L · XXI · L	
5	*litteris incusis*	LEG · XXI	
6	*litteris extantibus*	LEG · $\overline{XI}$ · C · P · F	
7	*litteris extantibus*	LEG · XX*ii*	
8	*litteris incusis*	C · VI · RAETo	
9		C VI R	
10	*litteris incusis*	C · VII R C · VII · R	
11	*litteris incusis*	C · XXVI	
12	*litteris incusis*	C · $\overline{III}$ · III	

Vidi omnes excepta nona, quam suppeditaverunt schedae Rothii. Septimae unicum exemplum intra fines Helveticos adhuc repertum erutum est Schleitheimi in dextra Rheni ripa, ubi cum statio militum esset extrema dum castra legati adhuc erant Vindonissae, potuit remanere postea quoque castris a sinistra Rheni ripa ad dextram translatis. Unde placuit hanc tegulam non legioni XXI tribuere, cui non satis convenit scribendi ratio, sed XXII, cuius tot extant monumenta in agro inter Rhenum Moenumque interiecto. — Duodecimae adhuc non innotuerunt nisi duo exempla, quorum alterum prodiit prope Thiengen agri Badensis in loco dicto *Heidenschlösschen* editumque est a Leichtleno (Schriften der Freib. Ges. I, 37), Wilhelmio (Sinsheimer Jahresber. 1831 p. 56) aliisque scriptoribus Badensibus, alterum nuperrime repertum est Vindonissae. In illo sollertissimus Leichtlenus legit C · III · H · I ·, in hoc deprehendi ipse quod supra dedi; ut iam plane certum sit hanc tegulam esse cohortis III non Helvetiorum, sed Hispanorum. — Reliquarum tegularum ut lectio certa, ita facilis est interpretatio; nisi quod de litterarum extremarum, G in secunda, S·C·VI in tertia, L in quarta, significatione non constat. Qua de re dixi Bull. dell' Inst. 1852 p. 100 videri his notata esse nomina non legionis sed centurionum vel principalium operi tegulario propositorum; cuius usus exempla ubivis prostant. Elementis C·VI tamen significari existimo c(astra) Vi(ndonissensia); quod non abhorrere a consuetudine Romana docebunt tegulae Vindobonenses inscriptae *Ant. Tib. Vindob.* (Arneth Beschr. der zum k. k. Münz- und Ant.-Cab. geb. Statuen. 4. Aufl. p. 43); Karnuntinae inscriptae *C. Val. Const. Kar.* (Arneth l. c.); Londiniensis inscripta *p. p. Bri. Lon.* (id est puto *primipilares Britannici Londini*; Archaeological journal n. 37); in Hungaria reperta prope Quadriburgium inscripta *Quadribur. a. s.* (id est *ala sagittariorum*; Schoenvisner comm. geogr. II, 240).

Auctores commodius infra scribentur, cum quibus locis tegulae inventae sint recensebimus. Ipse examinavi tegulas musei nostri Turicensis et Schaffhausensis et Schaufelbühliani quod est Zurzachi; si quas alias inspexi, infra adnotabitur. Praeterea hoc loco addam edidisse me n. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 10. 11 in Bull. dell' Inst. 1852 p. 100. 101; a Meyero autem in historia legionum XXI et XI, ubi harum tegularum complures lapide expressit, dari primam in tabulis n. 1—7. 9, secundam n. 10, tertiam n. 11—15, quartam n. 16, quintam fractam n. 8, sextam n. 22—28, octavam n. 19. 21, decimam n. 18. 20. Meyeri librum ubi citavi auctore eius non adiecto, Meyerum ab iisdem auctoribus monumentisve pendere scito, quibus ipse usus sum. Denique incertorum locorum tegulas exhibere placuit una cum iis quae repertae sunt ad ipsam Vindonissam.

Male lectas tegulas quamquam ex instituti mei rationibus silentio praetermittere oportebat, tamen placuit hoc loco indicare quasdam, quae vel fefellerint iam vel fallere possint. Quo vix pertinet tegula edita ab Ottio muthmassl. Ged. p. 21:

LEG · XI · S · C · VI

quam Hagenbuchius iam cod. 285 p. 49 recte reiecit, neque Hallerianas II, 395 (Orell. 441 = 245) L · XI · C · P · F et LEG · XI · G · P · F cuiquam probatas esse existimo iudicum acriorum. — Sed non melioris notae est quam idem Hagenbuchius (ad Huberum ep. ms. 1725, 4; cod. 285 p. 19) et hunc secuti Breitinger apud Schelhornum VII, 51 et Orelli 463 = 271 recensent inter octodecim tegulas Kloteni c. a. 1724 repertas:



cuius similem postea reperisse sibi visus est idem inter tegulas a. 1759 Buchsii retectas (cod. l. c.). — At Buchsiana in tabula picta separatim tum edita recte ita pingitur L·XXI·S·; ad Klotenianam autem quod attinet, neque Ottius eam habet alter eorundem laterum descriptor neque ipse Hagenbuchius in priore epistola neque extat hodie inter tegulas musei Turicensis, cui Klotenianae illae illatae sunt. Quam ob rem mihi non dubium est quin pro fracta Hagenbuchius male integram bis posuerit. — Item quem Vindonissae sibi emptum mox perdidit Hallerus I, 121 = 139 (inde Orell. 441 = 245):

LEG · VI · ////

non fuit sine dubio nisi later legionis XI litteris dimidiatis. — Denique quem idem profert (I, 71 = 81 cf. II, 395; inde Orell. 441 = 245):

L · XXI · G · R

unde procudit legionem XXI geminam rapacem, certus auctor adhuc vidit nullus et omnino reiiciendus est.

Iam recensebuntur loca in quibus supra scriptae tegulae repertae sunt, in quibus sequor litterarum ordinem; ad singulas vias enim haec redigere, quod sibi proposuit Meyerus, non improbo consilium quidem, sed ut sufficiant, quae de viis antiquis stationumque militarium ratione tradita habemus, certe cautius in hac re procedendum est quam adhuc fecerunt viri docti. Primum enim si quando unica tegula vel admodum paucae alicubi prodierunt, non statim sequitur stationem militarem ibi fuisse; ruderum enim cum multus esset usus apud antiquos, quid vetuit inter alia fracta etiam tegulas olim legionarias avehere? Quare indoles aedificiorum et maxime numerus tegularum respicienda erunt ei certe qui malit nescire multa quam falsa ponere. Gravius etiam est, quod in plerisque locis pro certa notitia quam desideramus subeat nescio quae levis rerum narratio antiquiorum auctorum et maxime Halleri hominis nimis boni et ultra sapientiam facilis. Ubicunque enim Romanae aetatis vestigia in Helvetia septentrionali emergunt, antiquarii repentini indigenae statim decantant solitas de duabus famigeratis legionibus fabulas earumque ibi stationem fuisse cupide defendunt. Equidem ut huic levitati aliquatenus obviam irem, quorum locorum tegulas scriptas auctor fide dignus nullus vidit, iis asteriscum praefixi. Ceterum ordinis alphabetici incommoda compensabit mappa secunda, quae stationes has proponit interrogationis signo in re dubia nomini adscripto.

Affoltern am Albis

3 'der Erzähler aus dem Bezirk Affoltern als Kalender für 1847' p. 8 et tab. n. 5 (inde Meyer p. 137).

6 una in mus. Turic.; item Erzähler l. c. (inde Meyer p. 137). Citatur corrupta in schedis Faesianis quas mihi exhibuit Meyerus.

Praeterea tegulas legionarias ibi servari a diacono Faesi testatur *Berichtbuch der a. G.* 1837, 11.

* *Baden*

Tegulae legionum XI et XXI secundum Hallerum II, 475 (inde per Bronnerum Meyer p. 132).

* *Birmenstorf*

Tegulae legionum XI et XXI secundum Hallerum II, 413 (inde Meyer p. 136).

* *Brunegg*

Tegulae legionum XI et XXI *('zunächst um Brunegg und oben auf der Höhe des Brunegger Bergs')* secundum Hallerum II, 416 (inde Meyer p. 135). Tegulas eiusmodi olim ibi se vidisse affirmat ex memoria etiam Kellerus.

Buchs

1 una Hagenbuch cod. 285 p. 17. 19. 21. 47 cf. epist. ms. 1759, 182, item Schmid 1760 p. 92 ex epist. Hagenbuchii. Extat praeterea in tabula separatim edita, quam inveni in cod. Turic. S, 298. Cf. etiam commentarius antiquus Zeichn. der ant. Ges. IV, 61, ubi tamen tegulae non pinguntur. Meyer p. 132.

2 una Hagenbuch l. c.

3 tres extant in mus. Turic.; duae apud Hagenb. l. c. et in tab. sep.; quinque nuper rep. ed. Meyer in Gerlachii schweiz. Mus. I, 125, Gesch. der Leg. p. 132. In harum unius margine superiore VM inscriptum fuisse notat Meyerus; puto eandem tegulam me vidisse, sed nihil eiusmodi ibi reperi.

6 una Hagenb. l. c. et tab. sep. Meyer p. 132.

Coblenz extra vicum quarta horae parte Zurzachum versus ad viam antiquam inter Confluentes et Zurzachum

1 quinque in museo Schaufelbühlii Zurzacensis, in quo item extant octo fractae aut primi aut secundi aut tertii typi (inde Meyer p. 138). Item Lucernae in bibl. publ. ex dono Isaaci; v. epistulam eius a. 1837 Corr. der a. G. I, 44.

2 tres in museo Schaufelbühliano (inde Meyer p. 138). Item Lucernae; v. Isaaci epist.

3 duodecim in museo Schaufelbühliano (inde Meyer p. 138). Item Lucernae; v. Isaaci epist.

4 duae in museo Schaufelbühliano, quarum altera integra est (inde Meyer p. 138), altera fracta sic L · XX⌋

5 una in museo Schaufelbühliano fracta sic ⌊EG · X⌋

6 octodecim in museo Schaufelbühliano (inde Meyer p. 138). Item Lucernae; v. Isaaci epist.

10 una in museo Schaufelbühliano, quam Confluentibus potius quam Vindonissa se accepisse existimat dominus.

Dällikon

1 duae in mus. Turicensi, quarum una massa potius quam tegula eandem notam habet bis impressam. Meyer p. 132.

2 una in mus. Turicensi.

3 duae in mus. Turicensi. Meyer p. 132.

6 una in mus. Turicensi. Ulrich a. 1789 (Berichtbuch der ant. Ges. I, 193). Meyer p. 132.

Ellikon ad viam quam adhuc dicunt Romanam

1 una Meyer p. 132 auctore I. I. Egg Ellikonensi.

* *Entfelden*

'Im Engstel sollen Ziegelstücke mit Buchstaben früher oft gefunden worden sein'. Ex epistula doctoris Thuet data societati nostrae d. 3. Oct. 1853.

* *Gebistorf*

'Ziegel mit römischen Buchstaben fanden sich in der Winterhalde'. Ex epistula parochi Meyer scripta societati nostrae a. 1853. Item in vico Reuss prope Gebistorf tegulas legionarias repertas esse nuperrime ad nos perscripsit Stäbli.

Gerlisberg v. *Heidenburg.*

* *Gränichen*

'Tegulae legionum XI et XXI reperiuntur circa ecclesiam in planitie, maxime in loco q. d. *Mauracher*'. Haller II, 417 (inde Meyer p. 136). — 'Oestlich am Dorf fand sich eine Backsteinplatte 12 Quadratzoll gross, verkauft an Hrn. Renger in Aarau; ebendaselbst auch abgerundete und platte Steine mit verschiedenen Bildern und römischen Buchstaben'. Ex epistula praeceptoris Brunner a. 1853 societati nostrae scripta.

Heidenburg (in communi Basserstorf inter Gerlisberg et Birchwil)

2 una museo Turic. illata a. 1852. Meyer p. 132.

3 una museo Turic. illata a. 1852. Meyer p. 132.

6 una museo Turic. illata a. 1852. Meyer p. 132.

* *Kaiserstuhl*

'Man soll hier Legionsziegel gefunden haben' v. Ehroldsheim apud Meyerum p. 138.

Kirchberg supra Biberstein

1 unam ibi vidisse se narravit mihi Schaufelbühl. Meyer p. 135.

6 una in museo Schaufelbühliano. Meyer p. 135.

Contra tegulas scriptas hic reperiri negat Haller II, 430

Kloten

1 decem extant in mus. Turicensi. Item quinque huius typi fuerunt inter tegulas Kloteni anno 1724 repertas, quas recensent Hagenbuchius (ad Huberum ep. ms. 1725, 4 optime; item cod. 285 p. 11–47); Neujahrsblatt der Zürcher Stadtbibliothek 1725; Ott muthmassl. Gedanken p. 16. 17. 21; Breitinger apud Schelhorn. VII, 36. 49. 51; cod. Zolleri p. 394; Bochat I, 390; Orell. 461. 462. 464 = 269. 270. 272. – Keller Mitth. der a. G. I, 26. Meyer p. 132.

2 una extat in mus. Turic.; tres fuerunt inter repertas a. 1724. Meyer p. 132.

3 octo extant in mus. Turic.; quinque fuerunt inter repertas a. 1724. Meyer p. 132.

4 una in mus. Turic.

5 una in mus. Turic. fracta sic: LEG·X litteris incusis. Meyer p. 132.

6 novem extant in mus. Turic.; tres fuerunt inter a. 1724 repertas. Keller Mitth. der a. G. I, 26. Meyer p. 132.

* *Königstein* castrum antiquum prope Küttigen

Tegulas legionarias hic reperiri scripsit nobis Behlhofen Aarauensis a. 1853.

* *Lenzburg*

1 Meyer p. 136, qui huius rei auctorem mihi laudavit parochum loci.

6 Meyer l. c. eodem auctore.

'Zu oberst in den Schlossreben, die Burghalden genannt, hat man Ziegel der XI. und XXI. Legion entdeckt' Haller II, 440 (inde Meyer p. 136).

Mörikon

6 Schmid 1760 p. 92. Meyer p. 135.

'Ziegel der XI. und XXI. Legion' Haller II, 450.

Oberkulm

1 quinque Schmid 1760 p. 95, idem in cod. ms. bibl. publ. Bern. (ms. V, 9) quem vidit G. Wyss. Meyer p. 136.

6 quattuor Schmid l. c. p. 92, item cod. ms. cit.; inde Orell. 436 = 239. Meyer p. 136.

prope *Oberweningen* in loco dicto *Heinimürler*

1 una in mus. Turic. Meyer in Gerlachii schweiz. Mus. I, 127, Gesch. der Leg. p. 136, auctorem citans Weidmannum.

3 una in mus. Turic. Meyer Gesch. der Leg. p. 136.

6 una in mus. Turic. Meyer in Gerlachii schw. Mus. I, 127, Gesch. der Leg. p. 136.

Oberwinterthur

1 duae in mus. Turic. Meyer p. 132, qui addit exemplum sexti typi ibidem ut ait adservatum a me tamen non repertum.

Reckingen prope Zurzach

Tegulam unam exhibuit mihi Schaufelbühlius, quae ex inscriptionis margine partem servarat litteris plane effractis. Quae narrat Meyerus p. 133 repertas ibi esse tegulas legionarias complures typi primi et sexti, falsa esse mihi affirmavit ipse Meyeri auctor Schaufelbühlius.

Rüfenach

3 una in mus. Turic., cui dedit Staebli Bruggensis. Meyer p. 136.

6 una eidem ab eodem data. Meyer p. 136.

* *Rupperswyl*

Hallerus II, 460 ubi agit de via quae ibi est a tegularum frequentia dicta tegularia ('das Ziegelgässchen'), narrat quaedam de tegulis legionariis neque tamen ullas Rupperswylio ad se adlatas esse addit. Quare Meyerus p. 135 quod vicum Rupperswyl retulit inter stationes legionarias, certe non fecit auctore Hallero II, 460 ad quem provocat; videnturque ea quae Hallerianae narrationi similia ad Meyerum scripsit Schaufelbühlius, ad societatem nostram Behlhofen Aarauensis, ex eodem Hallero simili ratione fluxisse.

Schinznach prope Vindonissam

Legionis XXI tegulam hic repertam esse auctor nobis est Müri parochus in litteris scriptis d. 29. Oct. 1853.

prope *Schleitheim* in loco dicto *Salzbrunn*

1 duae in mus. Schaffhausensi. Ed. Wanner p. 8. Meyer p. 134.

2 una in mus. Schaffhausensi. Meyer p. 134.

3 una in mus. Schaffhausensi. Meyer p. 134.

6 duae in mus. Schaffhausensi. Ed. Wanner p. 8. Meyer p. 134.

7 una in mus. Schaffhausensi. Meyer p. 134.

Seeb

4 una in mus. Turic., quam ipse inde reportavi cum Meyero eo excurrens. Hanc unicam tegulam scriptam dederunt ruinae latericiae permagnae anno 1852 ibi retectae. Meyer p. 136.

Tättwyl

1 Haller II, 466, inde Meyer p. 136.

3 Haller II, 466, qui XI legionis tegulas hic reperiri negat. Inde Meyer p. 136.

'Eine Menge Legions(?)ziegel liegen hier verstreut' F. Keller Berichtbuch der a. G. I, 51.

prope *Triengen* in loco dicto *Heidenloch* horae parte tertia infra vicum in ruinis aedificii Romani

1 Brosi in schweiz. Geschichtsfreund VII, 123.

2 Brosi l. c.; Isaac in epist. 10 Aug. 1837 (Corresp. der a. G. I, 43. 45). Meyer p. 136.

6 Brosi l. c., si quidem haec est quam sic corrupit: L · XXI · C · P · F.

Quartam ibidem repertam et inscriptam LSCSCR non ausus sum inter tegulas legionarias referre; exhibebitur infra n. 346, 7.

* prope *Urdorf, im Heidenkeller*
'Nach der Aussage der Dorfbewohner wurden Ziegel mit den Legionszeichen hier gefunden' Berichtbuch d. a. Ges. 1837 p. 1.

* prope *Villmergen* in loco dicto *Bülisacker*, in ruinis thermarum Tegulas legionum XI et XXI hic reperiri auctor est Haller in Schweiz. Geschichtsforscher II (1817) p. 305 (inde Meyer p. 137).

* *Waltenschwyl* inter Bremgarten et Sarmenstorf
In ruinis aedificii Romani retectis anno 1805 tegulas scriptas repertas esse parochoque frustra exhibitas esse legendas, deinde easdem pervenisse ad Stubium medicum Sarmenstorfensem narrat Hardmeier Berichtbuch der a. G. I, 57.

[*Wettingen*]
Errore hunc locum Meyerus p. 132 retulit inter stationes Vindonissenses; nam quam citat tegulam typi sexti, auctore, ut mihi asseveravit, Kellero seminarii Wettingensis rectore, ipse Kellerus quaerenti mihi rescripsit tegulam eiusmodi vidisse se quidem, neque tamen Wettingeni repertam, sed Koenigsfeldae erutam et adservatam Badenae apud Amietum.

Windisch
1 undecim vidi a. 1852 Königsfelden in monasterio; unam praetcrea Zurzachi apud Schaufelbühlium. Quattuor extant in museo Turicensi loci quo quaeque inventa sit nota carentes. Ed. Ritter p. 34 q. v.; Haller II, 395; Meyer p. 128.
2 duae in mus. Turic. (ubi praeterea servatur una sine loci indicatione); tres apud Schaufelbühlium. Ed. Haller II, 395 (inde Orell. 441 = 245); Meyer p. 128.
3 duas vidi a. 1852 Koenigsfeldae. In mus. Turicensi tria exempla extant loci nota destituta. Ed. Haller II, 395 (inde Orell. 441 = 245); Meyer p. 128.
4 quod sciam adhuc non reperta est Vindonissae; errore enim ni fallor refertur a Meyero p. 128 inter tegulas Vindonissenses auctore nullo. Certe ego neque huius typi Vindonissense exemplum vidi neque apud auctorem fide dignum reperi.
5 una in mus. Turic., duae integcrrimae in mus. Schaufelbühliano. Ed. Haller II, 395 (inde Orell. 441 = 245).
6 quattuor vidi in mus. Turic., item quattuor a. 1852 Koenigsfeldae, item unam in mus. Schaufelbühlii. Exhibent Guillimannus Habsburg. p. 34; Ott apud Hagenbuch. cod. 285 p. 15; Haller II, 395 (inde Orell. 441 = 245); Meyer p. 129.
8 duae extant in mus. Turic. loco quo repertae sunt non indicato, sed Vindonissa huc pervenisse vix dubitamus. Meyer p. 128.
9 unicum quod adhuc innotuit exemplum Rothius vidit a. 1850 Augustae in museo Schmidiano, cui complura Vindonissensia illata esse constat. Meyerus p. 128 unde habuerit, non indicavit; mihi quaerenti affirmavit excepisse se olim Vindonissae ex ipsa tegula.
10 duae extant in mus. Turic. (quarum una delincata est Zeichn. der a. G. I, 54); una in museo Schaufelbühliano; una, quam vidi et ipsam, in museo Basileensi ex dono Fischii; una in bibliotheca publica Lucernensi ex dono Isaaci (v. eius epist. a. 1837 Corr. der a. G. I, 44). Meyer p. 128.
11 una museo Turicensi illata est a. 1853; una est in museo Schaufelbühliano; una Lucernae in bibl. publ. ex dono Isaaci (Corr. der a. G. I, 44). Denique Vindonissae emit Haller (I, 38 ed. 2; II, 395). Meyer p. 128.
12 unicum quod adhuc intra fines Helvetios repertum est exemplum museo Turicensi illatum est anno 1853.

Wynikon
1 una Brosi Schweiz. Geschichtsfreund VII (Einsiedeln 1851) p. 120 tab. n. 8—11. Meyer p. 136.
2 una Liebenau Lucernensis in epist. 30 Mai. 1849 (Corr. der a. G. VII, 103). Meyer p. 136.
3 una Brosi l. c. Meyer p. 136.
6 duae Brosi l. c.; Liebenau l. c. Meyer p. 136.

Zürich in colle *Lindenhof*
1 et anno 1747 cum titulo Urbici n. 236 reperta est (Hagenbuch epist. epigr. p. 531) et anno 1838 (v. ephem. der Republikaner 1838 C. n. 2; Keller Mitth. der a. G. I, 29; Meyer p. 137).
6 utroque anno simul reperta est et ab iisdem edita.

Zurzach
Tegulam unicam scriptam adhuc ibi repertam, in qua superest tantum L littera extante, exhibuit mihi Schaufelbühlius. Complures tegulas legionarias ibi reperiri Meyerus p. 133 fama accepit, quam falsam esse auctor mihi est Schaufelbühlius.

345 *tegulae castrorum prope Augustam Rauricam.*

Prope vicum Kaiser-Augst tegulae quae sequuntur repertae sunt omnes; ex hoc enim vico tegulas postea museo Basileensi illatas accepit Burckhardt-Wild et ad vicum Kaiser-Augst solum has tegulas reperiri testatur qui et primus et longe plurimas earum reperit Io. Iac. Schmid (in epistula 21 Dec. 1842, Corresp. der a. Ges. II, 109). Idem confirmatur testimonio diligentissimi Bruckneri p. 2952 nullas omnino tegulas scriptas inveniri in antiquae coloniae Rauricae ruinis (cf. infra 346, 1—6). Prope Kaiser-Augst reperta sunt sepulcra integra ex his tegulis compacta, ut ordines earum iuncti quasi tectum efficerent supra corpus defuncti; ex eiusmodi sepulcro patrem traxisse et museo intulisse septem huiusmodi tegulas Schmid filius narravit Meyero.

1 *litteris incusis* E G I A
2 *litteris incusis* E G I A vel L G I A

Cum de lectione adhuc non satis constet, optimum factu erit proponere octo exempla, quae habeo recte excepta,

id est Turicensis musei cui donavit Schmidius tria, et Basileensi quae illata sunt anno 1849 ex domo Burckhardt-Wild quinque. Illa ipse excepi, haec cum non satis accurate examinassem, Rothius vir peritissimus et officiosissimus diligentissime mea causa contulit. Sunt autem haec:

Turicense	1:	ꞮEGIAꞮ
»	2:	ꞮLCꞮ
»	3:	⌒CIAꞮ
Basileense	1:	ꞮEGIAꞮ
»	2:	ꞮFGIAꞮ potius quam *mr*
»	3:	ꞮLGIAꞮ aut AꞮ
»	4:	ꞮFGIA|
»	5:	ꞮFGIA|

Unde ut mittam elementum extremum, quod modo *mp* esse modo *mr* iure iam posuit qui primus has tegulas edidit Rothius, primum quomodo accipiendum sit videamus, quod Rothio visum est *le*. Videntur tamen exempla octo quae supra posui ducere ad *te* potius quam ad *le*. Primum enim in Bas. 2. 4. 5 linea superior inferiore utrimque duplo longior est, item in Bas. 1 linea superior dextrorsum non excedit inferiorem, sinistrorsum inferiore paullo longior est. Turicense 1 rem non diiudicat; eadem enim longitudine sunt lineae superior et inferior. Restant Tur. 2 Bas. 3, quae videntur dare *el*, non *le*; notum enim est litterarum ordinem quantum fieri potest in nexibus emendate factis servari, ut AA sit *ma*, AA *am*, et si quod occurrit exemplum scripturae diversae, ut n. 334 AAXIM, errori vel neglegentiae lapicidae recte imputabitur. — Quare cum pars tegularum ducat ad ꞮE, pars ad ꞮL, restat disceptandum de diversitatis huius origine; non facile enim nobis persuadebit, qui ut in fine *mp* et *mr*, ita hic initio duas diversas scripturas usurpatas esse statuet. Mihi alterum elementum ex altero inversum esse videtur, quae inversio quam frequens sit in tegulis, prudentium nemo ignorat; in optione autem quae sic nobis datur eligendum esse puto longe frequentius adhibitum signum ꞮE, ut acquiescendum sit in lectione *tegimp* vel *tegimr*. — Non adhibui ad hanc quaestionem diiudicandam reliquas auctoritates eorum qui examinarunt musei Schmidiani tegulas, ut domini ipsius (Corresp. der a. G. I, 88), Hardmeieri (Zeichn. der a. G. IV, 19), Rothii p. 17 (inde Orell. . . . = 311), denique Meyeri; data opera enim, ut dixi, de his investigandum est, neque mirum, praesertim postquam innotuit Rothii ingeniosa interpretatio, omnes primum elementum sic dedisse Æ, quam formam vere significantem *le* num in ulla harum tegularum extet equidem valde dubito. Denique quam addidit in editione tegulam Rothius p. 17 (inde Orell. . . . = 311): ÆGIM, ipse vir candidus certiorem me fecit potius sic describi debuisse |EGIM|; non fuit igitur nisi exemplum soliti typi paullo effractum. Interpretationem collato lapide Augustano n. 279 signiferi legionis primae Minerviae Rothius proposuit hanc: LEG*io* I M*inerva* R*estituta* et LEG*io* I M*inervia* P*ia*. De epitheto certe *restitutae* differendum est iudicium propter nummi, ad quem provocat Rothius, imperatoris Aureoli inscripti L · I · MIN · RESTITVTA (Eckhel VII, 465) admodum incertam fidem. Praeterea si recte posui initio TEG non LEG legendum esse, explicemus necesse est sic: TEG*ula (legionis)* I M*inerviae*, quod fortasse ferri poterit, ut interpretatio Rothiana per se admodum probabilis retineatur; quamquam plane simile exemplum quod proferam non habeo.

---

346 *tegulis reliquis publicis privatisque sigilla impressa.*

1 auf dem Alphof Dietisberg zwischen Buchten und Eptingen.

LEG · VII

Bruckner Merkw. p. 2278 (inde Orell. . . . = 311); quem virum diligentissimum quamquam erroris non libenter insimulo, tamen cum praeterea plane desint in his partibus septimae legionis vestigia, unicae testae ut unico testi diffidendum est.

---

2 Basileae apud Huberum, quem aut Vindonissa aut ex Germania accepisse existimo.

|XXI|

Bruckner p. 2952. Tribui potest et legioni XXI et XXII.

---

3 Basileae apud Harscherum; quem Augusta accepisse addit *Haller*, male opinor. Venit potius ex Germania.

LEG · XXX

Haller I, 144 = 169 (inde Orell. . . . = 311).

---

4 Magden prope Rheinfelden in colle *Hallmatt* sub quercu vetustissima tegulam repertam esse numeris Romanis inscriptam ad nos perscripsit anno 1853 medicus oppidi Stein Aargoviensis Büngi, qui puer tegulam vidit.

---

5 in sepulcris latericiis rep. Aug. Raur. a. 1765; lateres scripti litteras monstrant aetatis infimae. Quattuor exempla extant in bibl. publica Basileensi.

AMASONIUS

Descripsi. Schoepflin Als. I, 511; Roth p. 20; Orell. . . . = 320.

---

6 in lateribus fractis Augustae in museo Schmidiano.

a HAV *b* AV ASRI

Roth p. 20, inde Orell. . . . = 320.

346 7 Triengen in loco dicto *Heidenloch* reperta una cum tegula legionaria inscripta L · XXI G (cf. n. 344 p. 80) *Isaac*; extat Lucernae in quinque pagorum museo *Brosi.*

litteris extantibus LSCSCR vel LSGSGR

Isaac in epist. 10 Aug. 1837 (Corr. der a. G. I, 43. 45); Brosi Geschichtsfreund VII p. 125 tab. n. 12.
Si est privata, nomina continebit exempli causa *L. Scribonii Scriboniani*; at cum reperta sit una cum legionariis tegulis neque privatae publicaeque tegulae simul reperiri soleant, vide ne subsit legionis nomen insolita ratione scriptum, exempli causa: *legionis septimae Claudiae*; *Scribonianus (fecit).*

---

8 Galgen prope Altstetten tres harum tegularum repertae sunt, quarta Turici in colle Lindenhof, quinta prope Turicum in monte Uetli; quae omnes extant in museo Turicensi.

litteris incusis D · S · P

Descripsi edidique Bull. dell' Inst. 1852 p. 107, interpretatus *Doliare stationis publici*, nimirum stationis Turicensis publici quadragessimae Galliarum. Meyer Gesch. der Leg. in tab. n. 30. 31. 32. — Kloteni quam repertam esse ait tegulam Hagenbuchius (ep. ms. 1752, 4; cod. 285 p. 45) ıſ, hanc ipsam crederem nisi et locus vetare videretur et male lectam (fortasse pro L⌋) indicaret ea res, quod in museo nostro haec reperiri non potuit.

9—15 tegulae in summo monte Poenino in ruinis aedis Iovis Poenini repertae. Praeterea n. 13 Martigny vidit *de Loges*; Neufchâtel in museo *ego*; sed videntur haec quoque exempla a monte Poenino adlata esse.

9 *litteris extantibus* S · P · Q · R
10 *litteris extantibus* PVBLICVS
11 *litteris extantibus* PVBLIC
12 *litteris extantibus* ROMA
13 *litteris extantibus* SEPPI
14 *litteris extantibus* PP·WR·SATVR̃
15 *litteris extantibus* SATVR̃

9. 10. 11. 12 Murith n. 24. Quam addit idem S · T · Q · R omisi, utpote sine dubio profectam ex n. 9 male excepta.
13 vidi Neufchatellae in museo integram; fractam sic ..EPI.. reperi templi Poenini ruinas pervestigans et obtuli monasterii museo. Ed. de Loges p. 171, Murith n. 24, qui quam addit praeterea S · T · P · F omisi, videtur enim eadem parum bene descripta.
14 Murith n. 25 ligno incisam dat.
15 Murith n. 24.

346 16 Buchs rep. ait *Meyer*; quo auctore, nescio, nam et exemplum quod extat Turici in museo, loci ubi repertum est adnotatione caret, et silet inventarium.

litteris extantibus L FLV⌋

Descripsi. Meyer Gesch. der Leg. p. 170 tab. n. 29. — Lege: *L. Flavii . . . .*

---

17 tria exempla adhuc prodierunt, primum Radelfingeni anno 1814; secundum Studenbergi, tertium *'in der Engi'* anno 1847. Illata sunt museo Bernensi.

litteris incusis L · C · PſS

Descripsi ad ectypon Meyeri. Radelfingense exemplum emit Haller Königsfeldensis ediditque Schweiz. Geschichtsforscher II (1817) p. 306; item ed. Studer p. 81, Iahn Bern p. 361. Studenbergianum ed. Studer p. 82, Iahn Bern p. 50. Tertium ed. Iahn Bern p. 231 misitque Lutz Zeichn. der a. G. II, 60; Corresp. II, 65. — Lege: *L. C(ornelii?) Prisc(iani?).*

---

18 Allmendingen rep. 1824 una cum securibus n. 211.

AGRAS

Lohnerus Thunensis reperit ediditque Schweiz. Geschichtsforscher VIII, 430, a quo pendent Orell. . . . = 223, Iahn Bern p. 255. Do ex tabulis Lohnerianis bibliothecae Thunensis. Quod mihi narraverunt Thunenses de tegula legionaria Allmendingeni reperta et deinde pessumdata, ad hanc tegulam pertinere arbitror. — Lege: *Sarda.*

---

19 rep. Pomponiani prope Hyères. Extat Genevae in museo ex dono Soreti.

C · HOSTIL⌋
AMPLIAT⌋

Descripsi. Mém. de Genève VIII, 441.

---

347 *tegulis stilo inscripta.*

1 in tegula Galgen prope Turicum rep. et illata museo Turicensi. Litterae altae sunt poll. Helv. 1½.



Contuli. Est numerus LIIX.

347 2 in tegula Dällikoni rep. (non, ut ait Meyer, in colle Lindenhof et in monte Uetli) et illata museo Turicensi. Littera alta est 4 poll. Helv.

Contuli. Ed. Meyer Gesch. der Leg. p. 137 tab. n. 31.

---

3 in tegula musei Genevensis.



Descripsi.

---

15 al Gran Bernardo nella chiesa, si venera come martire *Am.* Romana igitur.

FAVSTINA
DVLCIS
ANIMA

Amati p. 85.

III. TITVLI EXTERNI MALE RELATI INTER HELVETICOS.

16 *Ligornetto Luciliae, uxoris Petronii Primogenii* titulum (Grut. 449. 4 = 736, 8) tribuit Apianus p. 95; eundem pago q. d. Senatus Apian. p. 84. At vere Castillionei (Castiglione ad fl. Plona) extitisse titulum docet Castillioneus de Gall. Insubr. p. 176 Graev., optimus utique huius rei testis utpote hinc oriundus.

17 prope *Bellinzonam L. Dunii Valentini* titulum (Apian. 85, inde Grut. 681, 2 et Aldini marmi Com. n. 122 p. 182; cod. Brancacc. n. 73; Zaccaria p. 97 n. 71) repertum esse ait Bridel apud Orell. 5068 ed. 1. At ex eadem sylloge Ioviana, unde habuerunt reliqui, Bridelium quoque traxisse arbitror cumque non intellegeret quam illa praemittit indicationem sane obscuram 'in supremo tractu vici Surici agro Comensi', ex arbitrio videtur originem latius indicasse.

18 *Briegii in superiore valle Poenina* titulus *Iovi o. m.* a C. Publicio municipum Mediolanensium liberto dedicatus collocatur a Labusio in notis ad Amorettium viaggio p. 107 (inde Orell. 4905), sed errore, de quo sic ad me scripsit die 12 Febr. 1853 paullo ante mortem humanissimus Labus nuper litteris ereptus: 'L'iscrizione non appartiene a Briga. L'ab. Frasconi comunicandomela mi trasse in errore; la nota a p. 107 del Viaggio ai tre laghi, nell' esemplare che ho postillato a penna, la ho trasferita alla p. 73. Il marmo esiste tuttora nella Canonica della Cattedrale di Novara, e ci venne non da Briga presso le Tavernelle, ma da Briga presso presso Borgo Manero provincia Novarese'.

19 *Aventico* titulum *'d. m. et memoriae attiniae* [leg. *aeternae*] *Tiberiae Maximae'* rel. (Grut. 531, 2; Spon Gen. n. 47) tribuit Haller II, 272 mero errore; extat enim vel extabat ad Annemasse in confinio agri Genevensis et Sabaudiae.

20 *Aquis Helvetiis* titulum *Caracallae* dicatum (Grut. 267, 8) Simlerus cod. 102 f. 24 et hunc secuti alii complures, ut Donat. 332, 6, attribuerunt eum, qui adhuc extat Aquis Aureliis (Baden-Baden). Errorem notavit Orell. 452 = 259.

21 *Vindonissae* lucernam Graece inscriptam *"Αρτεμις Ἐφεσίων κ. τ. λ.* repertam ait Orell. 443 = 247, male exscribens Hallerum, qui lucernam hanc sumpsit ex tabula Belloriana.

22 *Augustae Rauricae L. Munatii Planci* notissimum titulum Caietanum adscripsit Gnochius apud Donat. 66, 3 = 258, 3.

23 *Augustae Rauricae Laberiae Irene* titulum (Grut. 692, 7) Amerbachii aetate repertum esse posuit Patin p. 141 (inde Schoepflin I, 585; Bruckner p. 3071; Donat. 367, 6; Orell. 425 ed. 1). At Romanum esse et ab Amerbachio exceptum ex Mazochii epigrammatum f. 114 acute, ut solet, et accurate demonstravit schedis Amerbachianis denuo inspectis Rothius n. 3.

24 *'en l'abbaye de Bonneval au païs des Suisses' Vergiliae Heliodorae* titulum, quem unus quod sciam Gabr. Symeon servavit (obs. ant. p. 92, inde Smet. 170, 1. Grut. 839, 3) descripsisse quidem ille se ait, iter faciens Brixia Turicum et inde Lugdunum per Grisones. At cum huius nominis locus in Helvetia sit nullus neque in alpestri Raetia tituli Latini ulli inveniantur, inscriptionis ratio praeterea Galliam maxime referat, omnino intelligenda est abbatia Bonneval en Beauce VI leugis ab oppido Chartres ad Ligerim amnem, quam Italus homo male Raetiae videtur attribuisse.

IV. CVRIENSES MEDII AEVI.

25 Curiae in crypta monasterii S. Lucii marmori insculpta *Stumpf* similiterque *Tsch.*

SCE M EPCS
HOC IACIT IN TOMOLO QVEM DEFLEVIT
RETICA TELLVS
MAXIMA SVMMORVM GLORIA PON
TIFECVM
ABIECTIS QVI FVDIT OPES NVDA
TAQVE TEXIT
AGMINA CAPTIVIS PRAEMIA LARGA
FERENS
EST PIETAS VICINA POLO NEC FV
NERIS ICTVM
SENTIT OVANS FACTIS QVI *p*ETIT
ASTRA BONIS
HIS POLLENS TITVLIS VALENTIA
NE SACERDVS
CREDERIS A CVNCTIS NON POTV
ISSE MORI QVI VIXIT IN HOC SAE
C · ANN · PL^{s} · MN · LXX · DP^{s} · SVB · D · CI · ID · IA ·
548 SEP^{s} · PC^{s} · BASI VCC^{s} · IND · XI · PAVLNVS · NE
20 POS IP*sius haec fieri ordinavit*

Stumpf cod. 47 p. 91, ed. X, 17; a quo pendent reliqui: Tschud. cod. 105 f. 1, Vind. f. 28, ed. p. 298 qui vult se vidisse; Reines. 20, 428 (ex Sclobing. not. ad res Alemann. Vadiani f. 139); Mur. 425, 6 ex Goldasto; Mohr cod. dipl. Raetiae (Cur. 1848–1852) I n. 2 describens titulum ex Stumpfio edito, citans tamen praeter illos auctores Ulrici Campelli († 1581) historiam Raetiae ms., quem lapidem vidisse credit. V. l. dabo Tschudii solius ut reperi in cod. Vind. f. 28. — 3 RHETICA Tsch. — 4 SVMORVM Tsch. — 5 TIFICVM Tsch. — 12 FETIT traditur. — 18 DES · SVB · SI · IDIAN Tsch. — 19 RASI Tsch. — IN pro IND Tsch. — 20 in ed. Stumpfius supplementa non discrevit neque discrevit Tsch., qui HEC.
Ceterum ex ipso titulo apparet diu post annum 548 eum esse positum.

26 Curiae in monasterio S. Lucii ad scalam *Stumpf.* In Italos quosdam homines nequam qui lapidem hunc et alterum paucos ante menses pessumdederint acriter invehitur *Campellus.*

HIC SVB ISTA LABI
DEM · MARMOREA
QVEM · VECTOR ·
VER · INLVSTER · PRESES
5 ORDINABIT · VENIRE
DE · TRIENTO ·
HIC · REQVIESCIT . . . . .
CLARESIMVS . . . . . .
PROAVVS
10 DOMNI · VECTORIS
EPI
ET · DOMNI · IACta DI

Stumpf cod. 47 p. 91, ed. X, 17, a quo pendent Tschud. cod. 105 f. 1, Vind. f. 28, ed. p. 299; Guillimann. p. 421; Mohr cod. dipl. Raetiae I n. 3, qui citat praeterea Campellum.
'omnes c sunt sic c' *Stumpfii cod.* — 7. 8 Tschudius sic bis diverse interpolavit:

cod. f. 1	cod. Vind. f. 28, ed.
HIC REQVIESCIT	HIC REQVIESCIT
CLARESIMVS IACTAT	CLARESIMVS VICTOR

Ceterum CLARISSIMVS St. ed. err. typ. — 12 IACTADI Tsch.

27 Curiae in crypta monasterii S. Luciae litteris maiusculis marmori insculpta *Stumpf.* Videtur interiisse cum praecedente.

HIC SVB ISTA LABIDE
MARMOREA
QVEM VECTOR VER IN
LVSTER PRESES
5 ORDINABIT VENIRE
DE VENOSTES
HIC REQVIESCET
DOMINVS

Stumpf cod. 47 p. 92, ed. X, 17; a quo pendent Tschud. cod. 105 f. 1, Vind. f. 27, ed. p. 298; Guillimann. p. 421; Mohr cod. dipl. Raetiae I n. 6 ex his et Campello, qui tamen non vidit.
1 LAPIDE St. ed. err. typ.

INSCRIPTIONES FALSAE VEL SVSPECTAE.

νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.

Epicharmus.

I. RAETIA.

1 in columnis Iulii montis.

ab uno latere: | *ab altero:*

huc usque non ultra | omitto Rhaetos indomitos

Scheuchzer p. 115 'sunt qui scriptum fuisse volunt'; inde Orell. 474 = 282. — Columnas illas ut lapides miliarios Germaniarum et Galliarum complures non scriptas esse neque unquam fuisse testantur homines diligentes, v. Neuer Sammler für Bünden III, 231. VII, 315.

---

2 Curiae in Rhaetia rep. 1530.

diuae helenae | nobilissimae. ac. uenerabili | matri. d. n. fl. ual | constantini pii felicis | uictoris semper | augusti | m. auidius priscus | proc. hered. in. dalmatia | d. n. m. q. eius

Ex Gallettii dissertatione (adi. ad biographiam Gallettii auctore Paulio) p. XXXVII Marini inscr. chr. ap. Mai. script. vet. nova coll. V, p. 239. — Falsa est sicut altera eidem Helenae dicata a P. Ianuario Primo v. c. corr. Apuliae corr. Campaniae cos. ibidem et fere reliquae Gallettianae, de quibus dixi I. N. p. 9 et ad n. 468*. Apud nos nemo novit.

3 tr. près du château d'Yberg, communauté de Wattwyl (St. Gallen). Deux côtés de la pierre, celui du dessus et le côté gauche, paroissent entiers: mais la partie inférieure et celle qui est à droite sont rompues. La pierre brisée a encore de hauteur près de 3 pieds et dans sa plus grande largeur, qui est à la seconde ligne, elle a 3½ pieds *N. Bibl.*

MINERVÆ · AVC . . .
oL·CALLIDIVS · PFTR . . . *sic*
PALMARo C·V·IV . . . .
QVADRAT · AMIC . . . . . .
ET·C·SECVND . . . . . .

PRO · INCOLVM . . . .
INo SODALI . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Nouv. Bibl. ou hist. litt. des principaux écrits qui se publient. A la Haye Juill. 1740 VI, 429 (inde Hagenbuch cod. 286 p. 179; item — nempe 'de la copie qui en fut répandue' — Bochat II, 424; Orell. 471 = 279).
Quamquam titulus corrupti potius quam conficti speciem prae se fert, tamen inter suspectos ideo reieci, quod in his partibus, ubi nulli lapides scripti aetatis Romanae reperiri solent, si qui quando affertur, certiore auctore indiget quam homine extero et plane ignoto, cum praesertim illius tractus hominum nemo ne fando quidem de eo audiverit. Quare recte iam miratus est Ibergense hoc prodigium Ildeph. ab Arx (Zus. zur Gesch. von St. Gallen 1830 p. 6). Accedit admodum suspecta similitudo lapidis Placentini, quem citavit Hagenbuchius, Grut. 1067, 1: MINERVAE AVG || L · CALLIDIVS · PRIMVS et rel.

II. VALLIS POENINA.

4 'Si on suit le glacier sous le roc d'Abricole, on y trouve des cristaux; de là, en traversant le glacier, on parcourt *les Manchettes*, séjour des neiges éternelles, ... c'est là parmi les ruines du glacier, que j'ai découvert, le 18 août 1790, une inscription romaine sur une portion de roc détaché de la voûte (?) et que je crois pouvoir rétablir en partie':

.....us | ..... | quinti. catulli*) | .... | redit.....rupit....

*) 'D'autres croient que c'est Antullus, rapporté dans la 9e inscr. des essais de l'hist. du St. Bernard' [i. e. de Loges p. 46, apud nos n. 35: C. Iulius Antullus praefectus cohortis cet.].

Postquam de Cimbris quaedam narravit atque ad 'Quintum Catullum Romanorum proconsulem' hunc titulum pertinere sibi videri significavit, sic pergit auctor: 'Par la vallée de l'Arola en Herens, on passe pour aller dans la Valpeline. Ce chemin n'était pas très fréquenté autrefois. Les habitants d'Ivolena (Gaulois) ont peut-être indiqué la mauvaise route à cet vs, qui était pressé de s'en retourner en Italie par un défilé. Donc cet vs gardait le passage de Zermat et d'Ivolena en même temps vers la Dent Ronde. En examinant aujourd'hui les glaciers cela ne paraît plus possible'.
Haec mea causa excerpsit Troyon ex libello 'Voyage à Ivolena' (Journal de Lausanne 1791 n. 8 p. 31; inde male Orell. 5062 ed. 1, in ed. 2 deest). Quae quam ridicule conficta sint, neminem fugere arbitror eorum, quibus non plane inauditum accidat nomen Q. Lutatii Catuli consulis a. u. c. 652.

5. 6 Narrat Rolandus Viot in vita S. Bernhardi (Lyon 1627) p. 132 sq. sic: ‘Il s'esleva un bruit, ou plustot alarme par la la Cité d'Aouste, du degast, et rauage que faisoit le Diable à Mont-joux, et Colomne-joux ayant fraischement rauy et emporté l'onziesme — des pelerins François, qui passoient pour Rome, les autres tous effrayés et appaouris s'estans refugiez dans la ville. Auquel, le Sainct — voulut voir les Pelerins, et estre assavanté de la source de tels malheurs. Il apprint donc en premier chef, que les Romains ayant conquis la Vallée d'Aouste, par la valeur de Terentius Varro, sous l'Empire d'Auguste, dresserent à la cime des Alpes Pennines, iustement sur le passage ordinaire, de la dite vallée au pays de Valeys, l'ancienne statuë de Jupiter, que les Valleysans auoient abbatuë, pour y eriger celle de leur Dieu Pennin; Et que de plus, certain Polycarpe homme riche et puissant, auoit posé aux Alpes Graiës, sur le chemin qui tend en Tarentaise, une colomne de Porphyre fort artiste, et mis sur le chapiteau d'icelle une escarboucle sans prix, qu'on appella l'oeil de Jupiter, pource qu'on croyoit que de là il voyoit plus tost et de plus loin les malades qui se reclamoient à luy. D'où il arriva par le cours du temps, que les Diables sans autre forme de saisine, s'emparerent, et de la statuë, et de l'escarboucle’. Maligni inimici quomodo vexarint homines iter ibi facientes postquam satis multis verbis exposuit narrator, pergit docere, qua ratione sanctus Bernhardus diabolum in statua intus morantem obsidione cinxerit et cruce percussum plaudentibus cunctis everterit, denique seposuerit ‘dans les fondrieres inhabitables du Mont-maillet’ condicione imposita, ne inde exeat stante mundo; videturque omnino nactum esse Iovem diabolum dicto satis audientem. Idem postea Carbunculum passum esse in alterius montis columna degentem vix opus est monere. — Neque tantae rei documentis auctor destituitur; imo ‘produisons. inquit, les pieces, et antiques mesmes, pour armer la verité de toutes ses iustifications’. Fortunatus homo novo puto miraculo, quo prius in contrarium versum est, reperit ea ipsa quae sanctus beati hominis furor evertit fregit corrupit, neque Iovem illum et Carbunculum solos, quos in pulverem redactos et a Bernhardo ventis datos esse nobis narrarat, proposuit pictos, sed Pennini quoque statuam ab ipso Varrone eversam denuo reperit et depingendam curavit. Inscriptiones denique affert has:

5 ‘table de marbre qui estoit au pied de la Statue de Jupiter, treuuée aupres de la maison du grand St. Bernard’ *Viot* p. 163.

ioui. o. m. | genio loci | fortunæ | reduci d:· | terentius | uarro | dedicauit

6 ‘l'autel du Dieu Pennin’.’ *Viot* p. 167.

ara accensa

lucius lucilius | deo penino | optimo | maximo | donum dedit

Haec Viotus. A Vioto pendent reliqui, nempe in priore Guichenon I, 46; Gud. ms. 461, 1, ed. 3, 1 a Graevio h. e. ex Guich.; Spon misc. p. 86; Mur. 13, 6 a Caissoto, 2099, 1 ex Bagnolo; Murith n. 51; in posteriore Guichenon I, 45; Gud. ms. 460, 1, ed. 54, 6 (cf. praef. p. 9) a Graevio; Spon misc. p. 85; Mur. 8, 6 a Caissotto; Murith n. 50; Orelli 247 = 43. — Damnavit hanc Maffei oss. lett. V, 209 neque ego unquam ne momentum quidem temporis dubitavi, quominus utramque inter falsas referrem; iam auctore cognito, qui latebat, sanae mentis neminem expectare puto ut rationes exponantur. Occasionem autem fraudibus dedisse videntur cum columna XX fere pedes alta marmoris q. d. Cipollini quae adhuc stat in Alpe Graia (Wickham and Cramer passage of Hannibal p. 97. 99) tum tabula quaedam votiva cum Iovis Poenini nomine reperta in Alpe Poenina.

III. GENAVA.

7 Genevae *Lips.* ad S. Petri eruta a. 1583 cum reficerentur gradus *Grut.*

d. m. s. | c. iulius caesar longinus | Ð. cil | c. iull leibertus | perruptis montibus huc tandem | ueni ut hic locus meos conte|geret cineres | apollo tuam fidem | vixit anos $\overline{\text{xli}}$ mess. $\overline{\text{iii}}$ | dies xiii | hor. nu.... | t. fuluius d. d. l | commilito commiliton... | uale longine aiternu... | s. t. t. l.

Paulus Gulielmius apud Lips. p. 44; a P. Gulielmo et Boissardo Grut. 544, 6; ex his Civ. Genev. p. 329; Hentzner p. 61; Guichenon 1, 37; Spon n. 8; Orell. 300 = 104 qui damnavit.
11 *nul* Grut.

8 Genevae ad portam Burgundicam *Lips. Grut.*

d m | papiriae polcrae | quae uixit an. $\overline{\text{uiiii}}$ | mess. $\overline{\text{ii}}$ dies $\overline{\text{xii}}$ | magna frequentia | leg. $\overline{\text{xiiii}}$ | el. est | l. papirius c. f. probus | trib. mil | aelia aeliana | par moer | fil mer | p. c.

Paulus Gulielmius apud Lips. p. 43; a P. Gulielmo et Boissardo Grut. 556, 1; ex his Hentzner p. 61; Guichenon I, 37; Spon n. 40; Orell. 301 = 105 qui damnavit.

---

9 Genevae iuxta officinam monetalem retro horologium ad portam S. Gervasii *Grut.*

c. ualerio t. f. an | tr. mil. leg. $\overline{\text{ii}}$ | patrono optumo | geneuens. $\overline{\text{prouincia}}$ | b. m. p | uixit ann. $\overline{\text{lx}}$ m. $\overline{\text{ii}}$ | dies $\overline{\text{xuii}}$

Paulus Gulielmius apud Lips. p. 47; Grut. 477, 4 a P. Gulielmio, Boissardo, Guldasto; Civ. Genev. p. 328 ex Grut.; Hentzner p. 61; Guichenon I, 37 ex Grut. et Lipsio; Spon n. 14, cf. Abauzit in ed. 1730 p. 388. Orell. 255 = 58. Orellius qui factum sit ut huius tituli manifesto spurii patrocinium susciperet vix intellego. Provocat ad Hentznerum qui exscripserit; at neque hic ait descripsisse se neque aliunde putandus est eum sumpsisse quam unde habuit reliquos Gulielmianos quos refert tantum non omnes, adeo ut in sinceris etiam textum a Gul. interpolatum repraesentet (v. n. 91). Omnino et auctor citatur idem ille conclamatus falsarius neque magis defendi potest *Genevensis provincia* vel si mavis *Genevenses provinciales* quam reliqua Gulielmiana inaudita et perversa. Omnino cum libri tum lapides sinceri, denique denarii et diplomata aetatis Burgundicae et Merovingiorum (v. Soret. mém. de la soc. d'hist. de Genève I, 245. Meyer Bracteaten der Schweiz p. VII) Genevam nullam, sed solam Genavam norunt.

10 Genevae.

d m s | ueturiae c. f. bellae | heu positae gnatae tristes posuere parentes | c. ueturius q. f. c. n. ouf | iuliana ɔ f. scapt | libb. mer

Paulus Gulielmius apud Lips. p. 45, ex hoc Grut. 714, 4; Hentzner p. 61; Guichenon I, 37 ex Lipsio et Grutero; Spon n. 39; Mur. 1228, 6 a Bimardo; Orell. 302 = 106 qui damnavit.

---

11 Genevae *Lips. Grut.* 'autrefois dans les murailles vers la Corraterie' *Spon.*

uixi ut uiuis | morieris ut sum mortuus | sic uita truditur | uale uiator | et abi in rem tuam

Paulus Gulielmius [qui certe ad praec. auctor citatur] apud Lips. p. 45; a P. Guliel. et Boissardo Grut. 898, 1; ex Grutero civ. Gen. p. 370; Hentzner p. 61; Guichenon I, 38; Spon. n. 29; Orell. 299 = 103 qui damnavit. — v. 3 sumptum esse ex Petron. c. 82 notavit Orellius.

---

12. 13 Cologny prope Genevam, quem vicum nescio qui inepte callidi habent pro colonia C. Caesaris.

12 prae(sint) d(ii) aed(ibus) | aug(usti) i(ulii) caes(aris)

13 d(eo) m(arti) | sal(uum) fac imp(eratorem) | hic sed(entem)

Haec satis male lusit nescio qui in Mercure Suisse Iul. 1745 p. 29, auctores laudans qui nunquam extiterunt (ut la Motte Geneva sepulta retecta II, 92 ed. Holland.); quae tamen ne antiquarii quidem eiusdem loci probaverunt, sed statim explosa sunt; v. Mercure Suisse Aug. 1745 p. 158; Haller Bibl. der S. G. IV p. 133 n. 308. — Orell. 304. 305 = 108. 109.

IV. NOVIODVNVM.

14 Versoix.

q. fabio maxum . . | allobrog. uictori | r. c.

Grut. 406, 6 a Frehero; inde Orell. 303 = 107 qui damnavit hoc consulis u. c. 633 fictum elogium.

15 Aventici *Gul.* Extare negat *Wild.* Qui nuntius quos rumores flebiles magis an ridiculos nescio excitarit, accipe ex diariis Salodurensibus a. 1810 p. 214, ubi haec leguntur sub titulo ‘*Trauerbotschaft*’: ‘*Lange prangte die Inschrift im Schlosse von Avenche als eine der köstlichsten Reliquien des alten Helvetiens. — Mit einem Male erscholl durch alle Gauen des Schweizerlandes der Wehausruf Johannes von Müller* (I, 57): «*Die Inschrift ist verschwunden! Niemand weiss wo sie hingekommen.*» — *Traurig vernahm's die ganze Eidgenossenschaft; sie tröstete kaum die Hoffnung, es habe irgend ein edler Schweizer sie bekommen, der dem kindlichen Geschöpfe in seinem Garten ein neues Grabmal habe wollen errichten lassen. — Leider ist auch diese Hoffnung dahin. Vor vier Jahren schrieb Marc. Anton Pellis in seinen élémens de l'histoire de l'ancienne Helvétie die herzdurchdringenden Worte: MAN HAT SIE NACH ENGLAND VERKAUFT*’. — Cui nuntio qui sapit fidem nullam habebit; dudum enim hoc percrebuit ut in antiquorum oppidorum ruinis qui degunt exagitati ab anxiis antiquitatis perquisitoribus molestos homines amandent in Angliam tanquam in aliquam rerum antiquarum voraginem; quae cum multa devorarit, quid non absorbuerit non facile demonstratum iri habent persuasum.

iulia. alpinula. hic. iaceo | infelicis. patris. infelix. proles | deae auent. sacerd | exorare. patris. necem. non. potui | male. mori. in. fatis. illi. erat | uixi. annos. $\overline{\text{xxiii}}$

Lips. p. 53 a Paulo Gulielmio indeque Grut. 319, 10. Orell. 400 = 213.

Confictam esse ex Tac. hist. I, 68 (‘in Iulium Alpinum Caecina animadvertit’) adsumptis titulis deae Aventiae n. 154. 155 et Alpiniae Alpinulae n. 241 intellexerunt Hagenbuch cod. 283 p. 217 et Orellius, neque quemquam hodie ignorare puto praeter Zellium qui in delectum n. 576 recepit. Omnino etsi argumenta alia deessent, quae adsunt plurima et maxima, suspectum redderet titulum ipse ille plausus, quo eum exceperunt tenerae mulierculae virorumque genus Mercuriale; cuius indolis nescio quem Helvetium lamentantem cum iam audierimus, adscribere non gravabor Anglici poetae eximii carmina non iniucunda (Childe Harold III, 66) condita puto inter ipsas ruinas Aventicenses:

And there — oh! sweet and sacred be the name! —
Julia — the daughter, the devoted — gave
Her youth to heaven, her heart, beneath a claim
Nearest to Heaven's, broke o'er her father's grave.
Justice is sworn 'gainst tears, and hers would crave
The life she lived in; but the judge was just,
And then she died on him she could not save.
Their tomb was simple, and without a bust,
And held within their urn one mind, one heart, one dust.

At bene poeta ait: *Justice is sworn 'gainst tears*; neque nos commovebimur frigidi homines et lapidarii sententiarum illarum nescio quibus illecebris, quales hodie in coemeteriis satis multae leguntur, pueris maxime et puellis scriptae et longe illae quidem remotae a severa verae antiquitatis pulchritudine puroque Romani elogii splendore.

---

16. 17 fragmenta Aventici.

16 uespasian

17 uespas

Tschudy cod. 105 f. 94, ed. p. 158, a quo pendent reliqui: Simler cod. 102 f. 30; Plantin. 1656 p. 261; Orell. 392 = 203. 204.

Frusta haec cum desint apud Stumpfium et in ipsa prima sylloge Tschudiana neque quidquam Aventicensium reperiatur praeterea apud Tschudium nisi ex Stumpfio desumptum, propter Flaviam coloniam conficta ea esse censeo.

18 bronze tr. à Avenche dans une vigne en 1747 *Merc.*

fertili. baccho. oreo | cn. corn. cotta | d. d

P. P .... de L[ausann]e Merc. Suisse Oct. 1745 p. 378, a quo pendent reliqui: Bochat III, 623; Donat 24, 7 (misit S. Schmid); Orell. 386 = 197, qui recte damnavit.

Editor, qui damnat indignabundus antiquioris furis nugas Colognenses (fals. 12. 13), ex hoc titulo demonstratum ivit C. Cottam a Sulla expulsum, quem aliunde (?) constaret venisse Aventicum, vites has sevisse circa a. u. c. 684. ‘J'ai d'abord été surpris, addit idem, de trouver le mot OREO dans l'inscription. Mais après qu'on m'eut apris que la vigne, dans laquelle on avait trouvé ce monument, était située sur une hauteur, je vis qu'il convenait parfaitement’. (!)

---

19 simul rep. cum praecedenti.

u. et. de | b | m. l. ed

Merc. Suisse Oct. 1745 p. 381, unde pendet Orell. 398 = 210. ‘Il y a aparence que c'est un Edile qui l'a fait graver’.

VI. NEVFCHATEL, male NOIDENOLEX.

20—25 Nugarum Noidenolicensium longa series ipsumque Noidenolicis horribile nomen originem traxerunt ex notitia provinciarum Galliae saeculi quarti. Ibi in provincia Maxima Sequanorum, ubi nunc sic editur:

civitas Equestrium Noiodunum
civitas Elvitiorum Aventicus

complures neque infimae aetatis codices post *Aventicus* male repetunt *civitas Nividunum*, ut Guerardi (essai sur le syst. des div. terr. de la Gaule. Paris 1832 p. 12 sq.) codex *G* noni, codices *FH* decimi saeculi; quod comma tamen cum non agnoscant optimi quique et antiquissimi libri, ut Bernenses duo (Sinner cat. I, 535. 539) octavi alter, alter noni saeculi et Guerardi *BEX* noni, *ALW* decimi saeculi et codex Schelestratii (ant. eccl. II, 644), omnino expungendum esse patet. Nihilominus antiquiores libri editores cum retinuerunt tum nescio qua ratione inde novam hanc et adhuc inauditam civitatem effecerunt. Ii enim et primus quidem quantum vidi Aldus in ed. ad calcem Melae a. 1518 sic posuerunt:

civ. Equestrium. id est Neuiduno
civ. Eluntiorum. id est Aventicum
civ. Noidenolex Aventicus.

Cuius lectionis origo etsi adhuc latet, tamen et interpolationis notam cum prae se ferat et constet nihil simile reperiri in codicibus a Sirmondo Schelestrato Sinnero Guerardo collatis plurimis et optimis, qui quidem sanae mentis sit neque rei criticae usu plane destitutus, Noidenolicem hanc nunquam extitisse statim intelleget, ortum autem nomen ex mero sive librarii cuiusdam sive editoris errore*) dudum exploso adhuc a sexcentis auctoribus pro vero et antiquo nomine Neuenburgi oppidi haberi satis mirabitur. Neuenburgi nomen antiquum primus, quantum vidi, in hoc monstro deprehendisse sibi visus est Guillimannus, qui in Helvetia (1598) p. 30 cum citasset ex not. prov.: ‘*Noidenolex Aventicus*’, opinione eorum qui de Novioduno haec accipiebant reiecta ‘ego, inquit, nihil horum arbitror et Neocomum sive Neoburgum comitatus cognominis constanter adfirmo’. Vanam hanc opinionem ne post codices notitiae accuratius inspectos plane abiicerent viri docti et tanquam puerum insignis deformitatis Noidenolicem vel Noïdenolicem illam cito necarent, non tam fecit barbarus et plane ut aiunt Celticus vocabuli sonus, quamquam hic quoque multos ut plauderent movit, quam studium in Noidenolicensibus antiquitatibus augendis a falsariis collocatum. Qui simulaverunt primum Aventici lapidem (n. 20) repertum esse lacerum quidem, sed qui moenia Aventicensia lapide Noidenolicensi facta esse testaretur; mox tribus lapidibus ex muris illis extractis lapicidas Neuenburgenses ad unum omnes consensisse huiusmodi lapidem in solis Neuenburgensibus montibus reperiri. Denique extitisse ad ipsam Noidenolicem inscriptiones aliquot hoc nomine insignes. — Somnia haec esse nemo non vidit videruntque dudum accurati patriarum antiquitatum investigatores F. Dubois et Sandoz-Rollin; neque puto futuros, qui sequentes lapides defendant. Unum addam de auctore. Is est cancellarius de Montmollin († a. 1703), qui quamquam non omnia se ipsum vult vidisse, sed quaedam refert accepta cancellario de Hory qui scripserit ante annos LXX, tamen in hac ipsa narratione non magis fide dignus est quam in reliquis videturque tantummodo vulgari falsariorum artificio usus antiquum aliquem hominem auctorem sibi adsociavisse. Innotuerunt autem Montmolliniana per Sinnerum maxime voy. I, 167, item per Hallerum I, 289, qui uterque adhibuit schedas eius; quibus nuper editis factum est, ut excerptis illis carere possimus. Ceterum in aliis etiam rebus, quae ad medii aevi historiam pertinent, Montmollini fraudes iam deprehensas esse et conclamatas narravit quaerenti mihi senex venerabilis Sandoz-Rollin.

*) Mihi ex *Noiduno i. e.* ortum videtur *Noidenolex.*

20 'En 1647, le ministre Olivier Perrot m'ayant dit, qu'un sien ami, pasteur d'Avenches, venait de l'informer qu'un particulier creusant en un lieu proche des vieux murs d'enceinte, avait découvert une inscr. sur marbre, laquelle semblait se rapporter à notre pays, vu qu'il croyait y lire le mot Noïdenolex, nous nous y transportâmes sur le champ, et trouvâmes une grande et belle pierre plus fine et plus blanchâtre que notre marbre bâtard ou roche du Jura, longue de 3 pieds 4 pouces, et haute de 2 pieds 6 pouces, ayant une face polie chargée d'une inscription. — — — Sachant le peu d'estime que les gens d'Avenches font de ces choses, j'eus dessein de la faire transporter par bateau à Neuchâtel, mais le baillif y porta opposition; sur quoi le bon pasteur du lieu nous dit en branlant la tête: 'Votre inscription a bien la mine d'être employée comme plusieurs autres à fonder cave ou écurie'. Certain est-il que dix ou douze ans après, en ayant pris information a réitérées fois, il ne s'en est retrouvé trace aucune'. *Montmollin.*

*im*p. *c*aes. u*es*pas. *aug*. | *po*nt. m*ax*. *t*rib. p*ot* . . . *c*os . . . i*mper*. ii . . p. p | *l*apid*ibus* no*i*denol*ice* m$_{ul}^{oles}$to labo*re* | tr*actis a*uenti*ci* moenia *inst*$_{ituta}^{aurata}$ — tit. ue*spasiani* au*gusti fi*liu*s dedicauit*

Montmollin II, 8 (ex cuius cod. ms. exscripserunt Sinner voy. I, 167 et Haller I, 310 = 157; inde Levade p. 22. Orell. 381 = 188), quem si audis, ipse descripsit accurate, deinde misit Basileam et Genevam a viris doctis supplendam inscriptionemque, quamquam in numeris tr. pot., consulatus, imperii paullum variarent supplementa, tamen in summa re ab omnibus recepit aequabiliter suppletam, optime autem a Wetstenio consule Basileensi.

---

21 grande pierre bordée autrefois d'un ornement, comme on voit par deux fragmens d'astragale; aujourd'hui à l'angle du bâtiment de la Maladière, du côté du levant. Litteras bonae aetatis esse Wetstenius censuit.

imperatori caesari alexandro seuero augusto pontifici maximo tribunitia potestate . . . . consuli secundum (*vel* tertium) felicitatis publicae restitutori patri patriae noïdenolex

Montmollin II, 19 (ex cuius ms. descripserunt Sinner I, 173 et Haller I, 192 = 218; inde Orell. 358 = 165) ex schedis Hory cancellarii ante annos LXX conscriptis, sed addens titulum quamquam corruptum et consumptum tamen maxima ex parte adhuc legi plane sicut Hory legisset; cuius rei auctor rursus citatur Wetstenius. 'Un chacun peut confronter la présente restitution ou explication avec le restant du dit monument'! — Dubois adscripsit: 'citée par Walthard antiq. Novocastrenses p. 132. Mscr. de M. de Sandoz-Rollin'.

22 beau marbre blanc jaunâtre, presque intègre; tr. en 1617 au pied du monticule de roche qui est en bise du petit chemin de Clos-Brochet. 'Le chancelier Hory le fit transporter dans sa maison rue du château, et enchâsser dans le mur du vestibule, tel et ainsi qu'on le voit à l'heure d'à présent'. Wetstenius litteras priorum saeculorum esse affirmavit.

ioui | et diis penatibus | publius marcius miles ueteranus legionis xxi | ciuium noidenolicis curator duumuir designatus | d s d

Montmollin II, 20 (inde Sinner I, 169 male et Haller II, 291; ex his Orell. 356 = 163), indicans solvisse se sigla v. 3. 4; ceterum titulum facile legi et si qui velit conferre, licere.

---

23 pierre blanchâtre dans la ruelle qui aboutit au Clos-Brochet par dessus; au jambage d'une vieille porte. 'La forme des lettres indique le bon temps, comme disent les maîtres'.

pt . . st | ag . . r | lo . . f | il . . e | *he*luet$_{ia}^{ii}$

Montmollin II, 21, qui adhuc extare affirmat. Ex hoc Sinner I, 170, Haller II, 292. Orell. 359 = 168.

---

24 plat d'argent avec les mots circulairement arrangés entre deux cordons de feuillage en relief; tr. en 1656 dans un cercueil de terre cuite découvert dans la vigne du maître-bourgeois Frédéric Rollin. 'Je payai ces choses largement', sed mox donavit Henrico II regi Franciae *Montm.*

simp(*ronius*) quintil($_{ius}^{ianus}$) seuir aug(*ustalis*)

Montmollin II, 22 (inde Sinner I, 170, ex hoc Orell. 357 = 164) longa de patera inventa fabula contexta.

---

25 colonne milliaire brisée tr. en un verger de Fahy en 1597.

imperatori caesari traiani filio | *ha*drian*o au*gusto p(*atri*) p*atriae* | *pontifici maximo tribunitia potestate* . . . co*nsuli* iv | a *uia flauia* m. p x . . . i

Montmollin II, 23 (unde quaedam dedit Sinner I, 171) ex schedis Hory, qui dicitur dixisse valde consumptam, 'toutefois pouvait-on fort bien recognoistre le sujet par le restant des caractères'.

VII. EPISCOPATVS BASILEENSIS.

26 déc. sur le plateau du Monterrible dit le Jules-César entre le puits et la ruine, enfoncée dans le sol végétal à 55 centim. de profondeur, gravé en relief.

	legunt:
L A B. L. I V L. C A E S.	*Labienus legatus Iulii Caesaris*
T R I B. P O T E S T. I V.	*tribunicia potestate IV*
H. P. II. C. L. XIV. P. S. C.	*hoc posuit secunda cohors legionis XIV post senatus consultum* vel *post supplicationes constitutas*
I N V. I O V. S T A T	*invicto Iovi statori.*

(de Kloeckler et Maupassant) discussion relative à une inscr. romaine présentée à la soc. jurassienne d'émulation. Porrentruy juillet 1852. 8. pp. 16. Quod si libet monstri huius originem cognoscere, lege fabulas de monte isto Caesariano apud Trouillat mon. de l'hist. de l'ancien évêché de Bâle Porrentruy 1852 p. XX.

VIII. SALODVRVM.

27 Saliburgi in Helvetiis *Lips.* Qui locus non magis quam ipse titulus unquam extitit; de Saloduro falsarium cogitasse probabiliter iudicaverunt auctor. cod. *Ott.* apud Hagenb. cod. 286 p. 102 et *Haller* II, 366 ex Zolleri cod.

p cornelio | deo caro | d bal | constant. imp | fid. sat | c cornelius | philoth | praef sat | ex mandatu imp | fil. cariss | pater. mer | p

Lips. p. 30 a Paulo Gulielmio, inde non sine errore Grut. 600, 14 et rel., ut Orell. 475 = 283. — Damnaverunt Hagenbuch cod. 286 p. 101 et Orellius.

IX. VITVDVRVM.

28. 29 tegulae duae satis crassae marginibus extantibus, quibus ante quam coquerentur litterae instrumento aliquo obtuso inscriptae sunt. Rep. Oberwinterthur ibi ubi vicus nunc desinit intra veteres muros una cum urna parvula, in cuius fundo fuit littera L *Hagenb.* p. 289. Extant Winterthuri in bibl. civium.

28 i o m | diis manibu | cor lu sac iou | iul f p uale u

29 d m | c luci pr | m f p p o | u m s

Descripsi. Hagenbuch cod. 286 p. 283 sq. 289 sq., cui misit a. 1728 Rahn quique postea a. 1736 ipse vidit; Donat priorem 4, 5, a Sam. Schmid; Meyer in Gerlach Schweiz. Mus. I, 123; Orell. 465. 466 = 273. 274.
Indubitatae fidei quamquam dixit Orellius, tamen qui attente legerit magnopere dubitabit, qui viderit statim condemnabit. Materia insolitae vilitatis, litterae barbarae, interstitia prava inter verba, figura denique et coctura plane non Romana singula sufficerent ut nigro lapillo notaremus.

X. INSTRVMENTVM.

30 amuletum 'materiae mixtae', rep. Vindonissae.



Breitinger, qui accepit a possessore cognato suo clinico quodam Turgoviensi, Hagenbuchio misit ep. 1721 pr. k. Mart.; inde Orell. 440 = 244. — Vide ne lusus magis quam fraus subsit huic Cabirorum enumerationi; certe auctor certus et doctus, quo sane opus est in tam singulari monumento, nullus nobis citatur.

31 Figura ex creta cocta, quae ex Hispaniae castello Maruas nostro museo illata dicitur, litteras monstrat Graecas corruptas; quas nolui referre, cum neque sensum ullum elicere inde potuerim et fraudem subesse admodum probabile videatur. Extat cum aliis similibus non scriptis in museo n. 1177—1180; de quibus videant quorum haec est provincia; nobis indicavisse sufficiet.

32 médaille trouvée à Profaleon entre St. Leonhard et Sierre.

d'une part: *de l'autre:*

gratus | triumuir | seduni vii

de Rivaz ms. (inde Rion Corr. der a. G. V, 232).

33 caveau de thuille, nouvellement trouvé, avec une pièce d'or de Claude.

t. clud. coesar | auguste104

de Loges p. 170, ipse de tanto prodigio dubitans.

34 pierre gravée vue à Moudon.

ΝΑΦΕ — — ΑΡΘΡΑ ΤΑΥΤΑ ΤΑΝ ΦΡΕΝΑΝ

Ruchat hist. ms. I, 1, 62 notissimum versiculum errore aliquo potius quam fraude refert tamquam ex gemma exceptum.

XI. EXTERNAE.

35 protomae marmoreae M. Modii Asiatici, quae Smyrnae reperta hodie prostat Parisiis in bibliotheca, exemplum alterum servat Basileae bibliotheca publica, in qua constat extitisse iam anno 1785, neque tamen unde ei illatum sit traditur. Inscriptio sic legitur in exemplo Basileensi:

ΜΜΟΔΙΟCΑCΙΑΤΙΚΟC | ΙΑΤΡΟCΜΕΘΟΔΙΚΟC | ΙΗΤΗΡΜΕΘΟ^{sic}ΛΟΥΑΣΙΑΤΙΚΕΠΡΟΣΤΑΤΑΧΑΙΡΕ | ΠΟΛΛΑ^{sic}ΑΜΕΝΕΣΘΛΑΠΑΘΩΝ^{sic}ΟΡΕΣΙ ΠΟΛΛΑ | ΔΕΛΥΓΡΑ

Archetypum ed. Boeckh C. I. G. 3283, quem vide; antigraphum G. Vischer (über einige Gegenst. p. 3 sq.) et edidit et condemnavit.

36 tabula lapidis schisti nigricantis (Thonschiefer) fastigiata, quae reperta dicitur Romae in montis Palatini radicibus Circum versus; unde sibi emptam Horner pictor Basileensis domum retulit. Hodie extat in museo Basileensi.

Q · CAECILIVS · CN · A · Q ·
FLAMINI · LEIBERTVS ·
IVNONE · SEISPITEI ·
MATRI · REGINAE

Examinavi ipse, postquam descripserat mihi F. Ritschl expresseratque mea causa Theoph. Burckhardt, edidique pictam cum commentario in musei Rhenani novissimi vol. X p. 450—461; quem commentarium adeant lectores. Lapidis genus aliaque externa cum iustam suspicionem excitassent, tituli argumentum autem certissima genuinae antiquitatis vestigia prae se ferret, ego loco indicato rationibus expositis inscriptionem vindicavi. Nuperrime vero rumor percrebuit extare Romae archetypum adhuc ineditum, quod olim inventum, at, ut facere solet vulgus litteratorum aliorum commodis male suaeque famae peius consulens, ab eo qui reperit diu celatum paene in oblivionem abiit; quod si ita est, iam optime conciliabuntur et meae et amicorum rationes, vehementerque desideramus ut tandem aliquando nos quorum interest de titulo hoc satis memorabili recte et plene doceamur. Interim etsi certi quidquam adhuc non comperi, tamen Basileensem lapidem eo loco exhibere rectius et modestius visum est, quo referre soleo exempla novicia inscriptionum antiquarum; quamquam miro et fortasse unico casu dum archetypum latet inscriptio non cognita est nisi per nostrum hoc antigraphum solum.

INDICES.

* significat quae afferuntur procedere ex titulo suspecto vel lectionis interpretationisve incertae.

† significat Christiana.

MAIVSCVLIS in indicibus primo et secundo scripta sunt nomina hominum ordinis celsioris.

K quaere in C.

Neque appendicis tituli neque falsi indicibus reperientur inserti.

I. Nomina virorum et mulierum

Eorum qui duo vel plura nomina habent non prima tantum, sed omnia nomina exhibentur suo quodque loco. Fracta a principio neque certa ratione supplenda quaere in cognominibus. — Imperatorum nomina et domus imperatoriae quaere in indice VIII.

II. Cognomina virorum et mulierum

Cognomiua exhibentur suo quodque loco quaecunque in hoc corpore inveniuntur integra vel propemodum integra. Quae in indice nominum redeunt, ea hoc loco inclusa sunt uncis quadratis; quae illo loco non inveniuntur, iis si qua videbantur adscribenda quo facilius dignoscerentur, ut nominis reliquiae, cognomen alterum, patris patronive nomen, ea post numerum collocata sunt curvis parenthesis signis circumscripta, ut tamen, si plura cognomina sunt, haec in primo solo adscripta reperiantur. — Imperatorum cognomina et domus imperatoriae quaere in indice VIII.

III. Tribus

Domus in titulis expressae extra parentheses, coniectura positae uncis quadratis inclusae leguntur.

IV. Regiones. Populi. Oppida. Pagi. Vici

Addita sunt suis quaeque locis quae de provinciarum rerumve publicarum administratione in titulis habentur. Nomina oppidorum uncis inclusa in lapidibus non reperiuntur.

V. Dii. Deae

Divos imperatores quaere in indice VIII.

VI. Sacerdotia publica populi Romani

Imperatorum sacerdotia quaere in indice VIII.

VII. Sacerdotia municipalia

VIII. Imperatores et domus imperatorum

Ordine Eckheliano ita exhibentur, ut primo loco collocata sint nomina, secundo honores sacri et civiles enumerentur, denique si qua praeterea notabilia videbantur recenseantur. Inscriptiones, quae imperatorum nomina titulosque plene enumerant, ab iis, in quibus imperator tantummodo breviter indicatur, ita distinctae sunt, ut hae uncis quadratis circumscriberentur. Imperatores consules quaere in indice IX; item sicubi imperator nominatur in alterius cuiusdam imperatoris titulo, ut solent maiores adscribi, plerumque suo capite non reperietur.

IX. Honores muneraque publica civilia maiora

Imperatorum honores praeter consulatus quaere in indice VIII.

X. Officia publica civilia minora

XI. Legiones

XII. Cohortes

XIII. Alae

XIV. Munera militaria

XV. Rerum publicarum condicio

XVI. Honores et munera municipalia

XVII. Corpora. Artes. Opificia

XVIII. Notabilia varia

XIX. Notae aliquot explicatae

XX. Carminum principia

XXI. Numeri syllogarum Orellianarum cum hac sylloge comparati.

I. NOMINA VIRORVM ET MVLIERVM.

T. Acilius Thesaeus 213
L. Aelius . . . 204
Q. Aelius Aunus 149
Aelius Cladaeus 198
L. Aelius Urbicus 236
Aelia Modestina 198
Aelia Secundina 236
L. Aemilius Blastus 343, 12
C. Albucius Philogenes 92
Alphia Lucilla 353, 1
Alpinia Alpinula 241
. . Amillius Polynices 212
Q. Amillius Taulus 212
T. Annius Cissus 44
T. Annius T. f. Maximus Pomponianus 3
M. Annotius 232
L. Annusius Magianus 241
C. Antis . . . 126
Antonius Severus 24
Antonius Vecetinus 24
M. Apisius A 38
D. Appius Augustus 151
M. Apronius M. f. Secundus 251
G. Ars . . . . . Marcianus 87
Aspria Verecunda 103
Assign . . . . . M. f. 66
Atis . . . Maria 87
M. Attius Birr . . . 72
Sex. Attius Carpophorus 88
Attienus Maximus 268
M. Attonius Apronianus 287
M. Aufustius Catuso 62
P. Aulius Memusus 288
AVRELIVS PROCVLVS V. P. 239
Aurelius Repertus 117
L. Aurelius Respectus 117
C. Aut . . . 352, 30
. . Blandius C. f. Latinus 77
P. Blattius Creticus 47
L. C . . . Prisc 346, 17
L. Cae . . . Sae 350, 6
Q. Caecilius Secundus 7
Caesia Vegeta 128
Cal . . . Verna 107
M. Call . . . . . Adiutor 353, 2
M. Calpurnius Quadratus 1
Camill 160
L. Camillius Faustus 187
Camill . . . Iucund . . . 167
T. CAMPANIVS PRISCVS MAXIMIANVS 9
Caninia Modestina 198
T. Capitonius Surdonedonus 145
C. Cappellinus Sora 2
M. Carantius Macrinus 78
L. Carassounius Panturo 287
L. Cassius Asper 68
Q. Cassius Facundus 40
M. Cassius Mercator 68
Ti. Cassius Sanctus 240
C. Catullinus Carinus 41
Cingius Aulus 67
Cingius Stabulo 67
Cinnenius Secundinus 234
Cinnenius Secundus 234
Cinnenius Secunnus 234
Ti. Claudius Hymnus 252
T. Claudius Severus 30
Claudia Quieta 252
Claudia Victorinia 293
P. Clodius Corn(*elianus*?) Primus 133
Q. Cluvius Macer 184. 185. 186
A. Co . . . . . Hilarus 351, 1
L. Cocceius 353, 3
Cocusia Eutychis 292
Cocusia Masucia 292
Colus . . . Aesturd . . . 106
C. Cominius Nemausus 256
M. Connius Secundus 94
C. Cor . . . . Urs . . . 350, 7
P. Cornelius Amphio 92
CORNELIVS GALLICANVS 78
Cornelia Q. f. Marcella 122
C. Coteius 296
C. Cottius Rufus 245
T. Crassicius Avitus 224
L. Crassicius Corbulo 223
T. Cr(*assicius*?) Pattusius 218
P. (Crassicius) Primus 223
P. (Crassicius) Seccalus 223
C. Craxsius Hilarus 95
L. Crispius 352, 118
Sex. Crispinius Nigrinus 70
C. Crittius 258
P. Decius Troucetei Vepi f. Esunertus 80
Decimius Decimianus 225
P. Domitius Didymus 155
M. Domitius Magnus 138
Doss . . . . Claudianus 124
M. Du 188
M. Durius Paternus 181
Sex. Eb 34
L. Ennius Secundus 254
Firmidius Severinus 64
L. Flav 346, 16
FLAVIVS AREOBINDVS DAGALAIPHVS = AREOBINDVS V. I. 342, 2
T. Flavius Asper 82
C. Flavius Camillus 142
T. Flavius Exom 81
L. Flavius Potitianus 131
T. Flavius Rom 81
T. Flavius Tio . . . 81
Flavia Severiana 226
M. Floreius Ingenuus 11
T. Frontinius Genialis 162
T. Frontinius Hibernus 163
Fullonius Iustinus 98
Gavia Pusinna 213
P. Graccius Paternus 159
Gusorius 257
G. Helvius Privatus 242 *c*
Hibernia Valentina 199
C. Hostilius Ampliatus 346, 19
C. I . . . . Alb 348, 7
T. Ianuarius Florinus 155
C. Indutius Sallustianus 293
Iulius . . . 108 *a*
[C]n. Iulius 144
. . M. Iulius . . 304, 5
Q. Iulius 188
Ti. Iu 189
Q. Iu . . . Alt 49
C. Iulius Antullus 35
L. Iulius P. f. Brocchus Valer. . . . Bassus 83 = 84. 116
C. Iulius C. f. Camillus 143. 179. 192

D. Iulius D. f. Capito 90
L. Iulius Capito 118
Cn. Iulius Caupius 200
Iulius Decuminus 146
D. Iulius Festus 97
Iulius Macrinus 98
M. Iulius Marcianus 94. 96
. . Iulius M. f. Maximus 253
D. Iulius D. Iuli Festi f. Modestinus 97
Sex. Iulius Philargurus 125
C. Iulius Primus 50. *156
D. Iulius L. f. Ripanus Capito Bassianus 116
C. Iulius Rufus 51
C. Iulius Toccae f. Rufus 130
C. Iulius C. f. Sedatus 118
Q. Iulius Sergius 98
Iulius Valerianus 146
T. Iulius T. f. Valerianus 91
Iulia Censorina 200
Iulia Decumi f. Decumina 20. 21. 25
Iulia C. Iuli Camilli f. Festilla 143. 192 (*cf. err. typ.*)
Iulia Iuliana 137
Iulia C. f. Marcella 122
Iulia Pusinna 112
Iulia T. f. Vera 91
Sex. Iunius Maiorinus 227
Iunius Marinus v. e. 19
M. Iunius Primitiv(u)s 165
Iust . . . . Vatto 141
Iuve . . . Secu . . . 350, 15
*Latinius 46
L. Licinius S . . . rus 31
Licinia Sabinilla 215
C. Lol . . . Bia . . . 350, 18
C. Lucconius Tetricus 119
T. Lucretius 343, 10
C. M . . . . Eupo . . . 350, 20
Macrius Macer 184. 185
Q. Macrius Cluvii Macri f. Nivalis 184. 185. 186
T. Macrinius Demostratus 52
M. Magius M. f. Maccaus 254
C. Mansuetinius Paternus 99
Mansuetinia Iustina 99
C. MARCIVS CENSORINVS 80
Marcius Modestus 254
Maticius Pervincus 214
Maticia Pusinna 214
Matugenia Marcellina 231
MINICIVS RVFVS 78
. . Minucius Atti[anus] 277
. . Minucius . . Minuci Atti[ani] f. Mes[salla] 277
. . Minucius . . Minuci Atti[ani] f. . . aelo 277
L. Nammius Numida 100
T. Nigrius Modestus 177
T. Nigrius Saturninus 201
C. Novellius Amphio 92
*NVMIDIA . . . . . PENDA VALERIANA C. F. 9
C. Octavius Provincialis 237
C. Oppius Res 350, 21
Q. Oratius Hyla 350, 22
M. Ottacilius 190
Ottacilia Faventina 190
L. Paccius L. f. Nonianus 32
D. Pansius M. f. Severus 25
M. Pansius Cornuti f. Severus 21
M. Papirius Eunus 53
C. Pas. . . . Isid 350, 23
Petronius Aquila 4
C. Petronius C. f. Crescens 4
Petronius Exoratus 4
Philetius Britta 124
C. Plinius M. f. Faustus 120
L. Plinius Fausti f. Sabinus 120
Pompeia Regina 146
Ti. Pompo 150
PONTIVS ASCLEPIODOTVS V. P. 10
Postumius Hermes l. 164
Q. Postumius Hyginus 164
Prastina 352, 4
Publicia Perpetua 123
C. Puf . . . . Sec . . . 350, 24
*Quartinia Valeria 13
Q. Romanius Verecundus 254
G. Roscius Om[ul]lus 257
RVFIA AQVILINA C. F. 76
RVFIVS ACHILIVS SIVIDIVS V. C. ET INL. 342, 1
Sabinia Marcella 166
Sabineiius Censor 43
P. Saedius Hospes 125
Saenius Maximus 269
Sai . . . . . Aventinus 235
Sai . . . . Senatus 235
Ti . Sancteius Valens 240
*L. Sanctius Marcus 75
*Sassonia M. f. Lurca 22
Saturninia Gannica 201
Scalenius . . . 348, 15
Scribonia Lucana 159
C. Segellius Terrenus 102
Senatius Romanus 235
. . Sennius Sabinus 69
C. Sentius Diadumenus 136
Sentius Successianus 13
P. Severius Lucanus 113
Severius Marcianus 202
L. Severius Martius 191
Severia Martiola 202
